

R U D I M E N T U M
PHYSIOGRAPHIAE
M O L D A V I A E.

D I S S E R T A T I O
INAUGURALIS MEDICA,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
MAGNIFICI DOMINI PRAESIDIS
AC DIRECTORIS,
SPECTABILIS DOMINI DECANI
AC
CLARISSIMORUM DD. PROFESSORUM,
PRO
DOCTORIS MEDICINAE LAUREA
RITE OBTINENDA
IN
ALMA AC CELEBERRIMA
REGIA SCIENTIARUM UNIVERSITATE
HUNGARICA
PUBLICAE DISQUISITIONI
SUBMITTIT
CONSTANTINUS NOBILIS A VERNAV
M O L D A V U S.

Theses adnexae publice defendentur in palatio Univer-
sitatis majori die Junii 1836.

B U D A E,
TYPIS REGIAE UNIVERSIT HUNGARICAE.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse sui.

OVIDIUS.

Legi academicae satisfactorus, hanc exaravi dissertatiunculam, quam, utinam non nimium strenui, benigne excipere velint iudices. Genitus in provincia quae omnibus naturae donis abundat, ut vix alia Europae totius, quae divitias suas parum hucdum examinavit, examinatas vix descripsit, eo toto studii medici adnitar tempore, ut, quantum tenerae admittunt vires, in physiographiam patriae inquirerem, non lucri non laudis cupidus, commodum popularium meorum unice voto ferens. Isto conatu haec lucem conspicit opella, rudimenta seu primas lineas physiographiae Moldaviae exponens, quae, ubi aetate creverint vires, cumulataque fuerit experientia, incrementum capiet, ut spero, patriae utile.

Ad physiographiam pertinentia omnia quae in auctoribus sparsa inveni, sedulo collegi et conjunxi, quae propria suggestit experientia addidi, missis omnibus, quae huc non faciunt, historicis, politicis etc. etc.

Scriptores secutus sum imprimis sequentes:³⁻

Georgius a Reychersdorff (nobilis Transsilvanus Mediensis saxo, Ferdinandi I. Imperatoris secretarius et ad Moldaviae Dynastam sive Vojvodam bis legatus) Transsilvaniae ac Moldaviae aliarumque vicinarum regionum, succincta descriptio, cum duabus tabulis geographicis. Viennae 1550. in 4.

Eadem haec descriptio Martini Proniovii descriptioni Tartariae adnexa, secundum prodiit 1595 Coloniae Agrippinae in fol. Inserta etiam reperitur collectioni Bongarsianae, Nr. 18. et recognita Schwandtnerianae Tom. I. a f. 778; ejusdem edit Belii Viennae 1746 Tom. I. part. 2. pag. 800 (titulo Chorographia Moldaviae.)

Joh. Christoph Wagners Norimb. Delineatio provinciarum Pannoniae et imperii turcici in oriente. Eine grundrichtige Beschreibung ꝛ. ꝛ. Augsburg 1685. fol.

Curiose Beschreibung der Moldau und Wallachey ꝛ. ꝛ. gedruckt im Jahr 1699. in 4.

Fasching Nova Dacia ex probatis scriptoribus deprompta Claudiopoli 1743. in 8.

De Peyssonnel. Observations historiques et géographiques sur les peuples barbares qui ont habité les bords du Danube et du Pont-Euxin. à Paris 1765. in 4.

* Kantemir historisch-geographisch-politische Beschreibung der Moldau. Leipzig 1771. in 8.

(Carra) Histoire de la Moldavie et de la Valachie. à Jassi (?) 1777 in 8, à Paris 1778 in 8, à Vienne 1779 in 8, à Neuchatel par M. de Baur 1781 in 12. deutsch Frankfurt und Leipzig 1790. in 8.

Geographische Beschreibung der aneinander gränzenden russischen, polnischen u. österreichischen Provinzen. Gräß 1788. in 4.

Pallas voyages en Russie et dans l'Asie à Paris 1788.

Baur T. G. de. Memoires historiques et géographiques sur la Valachie à Francfort 1778. in 8.

Franz Jos. Sulzer Geschichte des transalpinischen Daciens, das ist der Wallachen, Moldau u. Bessarabiens ic. Wien 1781. 3 Theile. in 8.

De Tott, mémoires sur les Turcs, et les Tartares à Amsterd. 1785. Tom. 3. gr. 12.

Eiusd. Merkwürdigk. und Nachricht. von den Türken u. Tartaren, aus dem Franz. mit Anmerk. Elbing. 1786-8. 3 Bänd. 8. — Dasselbe mit v. Peyssonels Verbesser. u. Zusätzen. Nürnberg 1787-8. 2 Th. 8. Wien 1788.

(Raikowich) Osservazioni storiche naturali e politiche intorno la Valachia, e Moldavia. Napoli 1788. deutsch von Profess. Piehl. Straßburg 1790. in 8.

Hacquets neueste physikalisch = politische Reisen in den Jahren 1788 und 1789 durch die Dacischen u. Sarmatischen oder nördlichen Karpathen. Nürnberg. 1798 4 Th. in 8.

Engel's Geschichte der Moldau und Wallachen. Halle 1804. 2 Theile.

Wolf Andr. Med. Dr. Beiträge zu einer statistisch = historischen Beschreibung des Fürstenthums Moldau. Hermannstadt 2 Th. in 8. 1805.

Wilkinson W. Tableau historique, géographique et politique de la Moldavie et la Valachie. Tradui de l'anglais par M. De la Roquette. 2 édition. A Paris 1824. in 8.

Schütz's allgemeine Erdkunde x. xc. 19. Band. Neueste Gemälde der europäischen Türkei und Griechenlands, von G. A. Wimmer. Wien 1833.

M. J. Quin. A steam voyage down the Danube with sketches of Hungary, Wallachia, Servia and Turkey etc. 2 edit. London 1835 2 vol. in 8.

Idem germanice. Dampfbotsfahrt auf der Donau u. Skizzen aus Oesterreich, Ungarn, der Wallachen, Serbien, der Türken, Griechenland von M. J. Quin aus dem Englischen. Leipzig 1836. 2. Th. 8.

Moldavia¹⁾ olim Daciae transalpinae (alpensis aliorum) pars, tardius²⁾ Cumaniae vel Comaniae vel Bogdaniae nomine insignita, postea Valachia major vocata, a quibusdam tum moldavicis, tum extraneis scriptoribus Moldovlachia³⁾ dicta, hodie longe angustioribus ac olim premitur limitibus. A septemtrione vicinam habet Moldaviam austriacam (Buccowinam) et eam imperii russici partem, quae olim ad Moldaviam pertinens, Raja de Chotin dicebatur, ab oriente Hierasus eam a Bessarabia separat, a meridie Valachia et Bulgaria Moldaviae limitaneae sunt, ab occasu praealtorum montium carpathicorum jugo a Moldavia austriaca et Transsilvania separatur. Sita est, inter 45° 24' et 48° 50' latitudinis et 42° 50' et 47° 55' longitudinis geographicae gradum, tenetque amplitudine circiter 800 milliaria □

¹⁾ Saeculo 14 primo sic vocata. Bonfinius rerum Hungaricarum decade 1. lib. 1. p. 8. (edit. Lipsiae 1771) dicit: Moldavia quasi mollis Dacia (Davia) a junioribus nominatur.

²⁾ Saeculo 11 et 12. Turcis et hodie Bogdan dicitur.

³⁾ Invaluit apud Moldavos haec denominatio per Bousieri Geographiam universalem, ab Episcopo Chotinensi Amphilocho 1795 in linguam moldavicam translata.

Dividitur in Moldaviam superiorem (Tzara de suss) et inferiorem (Tzara de dzoss), illa orientalem haec occidentalem efficit provinciae partem. Utraque porro in districtus (Cinut) dispescitur, quorum tamen determinatio vicissitudines sequitur temporum principumque. Anno 1835 principatus partitus est: in Moldavia superiore districtus Jassiensis (Cinutul Jeschului), districtus Botoschanensis (Cinutul Botoschanilor), districtus Dorohoiensis (Cinutul Dorohojului), districtus Sutschevensis (Cinutul Sutschevii), districtus Romanensis (Cinutul Romanului), districtus Niamcensis (Cinutul Niamtzului).

In Moldavia Inferiore districtus Bakeuensis (Cinutul Bakeului), districtus Putniensis (Cinutul Putnii), districtus Kohurluensis (Cinutul Kohurlujului), districtus Tekutschiensis (Cinutul Tekutschului), districtus Tutoviensis (Cinutul Tutovii), districtus Faltschiensis (Cinutul Faltschii), districtus Vasluensis (Cinutul Vaslujului).

Montibus Moldavia abundat, maxime septentrionalis et occidentalis, orientalis meridionalisque in colles dehiscit jucundissimos, campis fertilissimis interjectis. Alpes in quibus aestate adulta (nec omni) nives liquescunt, ad limites Moldaviae austriacae et Transsilvaniae conspiciuntur. Altitudo eorum nec geometricè, nec barometri ope hucdum determinata est,¹⁾ haec tamen ex parte illustratur, si respexeris, eos

¹⁾ Schütz allgemeinen Erdkunde. 29 B. Neueste Gemälde der europäischen Türkei und Griechenlands v. G. A. Wimmer p. 296 dicitur: Der Sinut Nyanz ist ein Distrikt im Hochgebirge rauh, stark bewaldet und höchst pittoresk. Die goldreiche Bistricza fließt an der Grän-

altitudine superare altissima Transsilvaniae cacumina, inter quae Retyézát 7800, Szurul 7122, Butschetsch 8160 pedibus supra mare nigrum eminent. ¹⁾ Sylvae amplissimae, arbores, ut vix alibi terrarum videas gyganteas continentes, prata fertilissima, hos tegunt montes, sola cacumina sterili constant saxo. Omnis hic deficit industria, omne rerum naturalium scrutinium, sicque desertum est, quod natura deliciarum divitiarumque fecerat habitaculum. Ex hoc montium labyrintho angustissimae ducunt viae, vulgo passus dictae, in Moldaviam austriacam et Transsilvaniam, et hinc inde per declivia montium semitae, pastori, venatori aut botanico, nec facile aliis perviae mortalibus. Geognosiam horum montium scribere non valeo, cum et Haquet, qui ceteris auctoribus plurimum habet, nec minime sufficiat, nec ex parte Transsilvaniae ii hoc respectu examinati sint. Aliqua tamen infra dicam. Florae faunaeque divitiae, quas hi recondunt montes, physiophilo immensum praeberent deliciarum campum.

Aquis abundat Moldavia quammaxime. Fluvii ejus praecipui sunt:

Hierasus, v. Gerasus (olim etiam Pyretus v. Parota dictus, der Pruth, Moldavis Prut, ortus in carpatho Galliciae, labitur per Moldaviam austriacam celeriori, mitiori per principatum Moldaviae cursu,

ze hin. Hier erheben sich die bis 10,000' absolute Höhe ansteigenden höchsten Gipfel der Karpathen der Schachloi und der Tschasloi, schauen mit ihrem ewigen Schnee tief nach Osten und nach Westen.

¹⁾ Marienburg L. I. Geographie des Großfürstenthum Siebenbürgen 1. B. S. 21.

limitem inter hunc et Russiam Bessarabiamque p̄nens, inter Axiopolim (Galatz) et fortalitium Renne v. Renni (Timurova turcis) Danubium intrat. In media jam Moldavia naves fert etiam majores, litora habet multum paludosa, aqua ejus turbida, potabilis tamen, ubi quiete clarior evaserit. Sinistra (moldavica) ejus ripa hauriuntur fluvii majores sequentes: Czerna mare, Korovia v. Garan, Wolowetz, Bascheu, Titzia, Sarat, Ilán, Kohurlui.

Ararus v. Agarus, die Șereth, Sziret Moldavis, oritur in altis Moldaviae austriacae montibus, medium perluit principatum, multis fluviis haustis versus finem cursus sui limitem inter Moldaviam et Valachiam ponit, ac tandem Axiopolim et Brailam inter in Danubium labitur. In Moldavia ripa dextra haurit: Auronium (Biss-tritza). Trotuscham (Trutuschi v. Tratoschi alii) Ararum minorem, qui ex fluviis Putna et Miklow coalescit; sinistra vero ripa ampliorem Burlat (rectius Brlad Брлад) et duos minores fluvios, quorum alter Gura Tschérului, alter Wália Schargului (Wale Sugului v Scheágul alii) vocatur.

Danubius, Dúnaria Moldavis, qui omnes haurit Moldaviae aquas fluentes, limites solum principatus contingit, nec amplo spatio, plurimum tamen ei infert emolumenti, dorso suo ferens auferensque merces omnis generis copiosissimas.

Lacus in Moldavia sunt multi, multo plures paludes, imprimis circa Hierasum et Danubium*— Lacus praecipui sunt: Orchejiensis, ad oppidum ejusdem nominis, totius Moldaviae maximus, teste enim Wolfio¹⁾ duo milliaria la-

¹⁾ Oper cit. Tom. 1 pag. 27.

titudine, sex longitudine tenet. Aquas ei largiuntur duo fluvioli, Reut et Kula. Alter lacus Dorohoiensis, Jeser vocatus, prope oppidum Dorohoi, amplitudine priori similis. Fluviolus Gigya ¹⁾ eum transit. Tertius prope Axiopolim inter Hierasi et Arari ostium situs, Bra-teschti dicitur, prioribus minor.

Loca Moldaviae memorabiliora sunt.

Jassum, Jassium, Jassiorum Dacorum municipium, (Petrodava Ptolomaei) *Jassy*, *Jasch*, Jesch. Metropolis Moldaviae a temporibus Stephani Magni Voivodae, qui sedem suam Suczava huc transtulit, ²⁾ ut e centro provinciae facilius efficaciusque incursionibus Tartarorum Turcarumque resistere valeret, ad paludosum Bachlui rivium, in declivo montis calvi, solo argilaceo sita, (47° 8' 30'' latitud. 45° 10' longitud.) olim muris cincta, saeculo adhuc elapso longe amplior, recentissimo tempore fossa — (Stadtgraben) — circumdata, characibusque — (barrières, Vinien) — munita, ultra bis mille domus tenens, quarum aliae nobilium et mercatorum amplae, elegantes, ³⁾ hortis pulchris vastisque cinctae, muro structae, aliae

¹⁾ Pronuncia hic g uti ge gallicum.

²⁾ Vide Sulzer oper. cit. Tom. 1 pag. 384, huic contrarius est Wolf, l. cit. Tom. 1 pag. 241.

³⁾ Jassi capitale de la Moldavie est une ville petite mais beaucoup mieux batie que Bukarest, contenant plusieurs maisons élégamment construites dans le style le plus modern de l'architecture de l'Europe. Wilkinson pag. 79.

longe plures, pauperum, miseris sistunt casas ligneas vel virgis septas et luto obductas. Tempora numerantur ultra 70, plateae sunt ligno stratae et canalibus ligneis pertextae, recentissimis tamen diebus stratum lapideum ponitur, et canales lapide struuntur. Palatium quo olim principes habitabant, flammis consumtum regnante Joanne Sturza, a quo tempore nondum restauratum est, illud Metropolitae amplum est aedificium, in quo nunc elegantissimum struitur templum. Numerus incolarum circiter 40,000 recentiori tempore statui potest. In plateis et foris urbis occurrunt cisternae, Tschischme nominatae, in quas, medio ligneorum aut terreorum cylindrorum, e remotis locis aquae, plus minus potui aptae, derivantur. Sed et putei videntur, e quibus vero turbida aut salsa hauritur aqua, iis tamen exemptis, qui in suburbio Pokurar occurrunt, quippe quibus nympa montis Kopóu suppeditat reficientes aquas.

Balnearum olim triplices aedes in Jassy exstiterunt, primae in aula principis, suis familiaeque suae usibus dicatae. Alterae in aula sic dicta Beilik. (aedificio pro Turcis eminentioribus). Tertiae denique pone palatium Archiepiscopi sitae, balnea sudorifera (Schwitzbäder) continentes, quae solae ab incendiis annis praegressis ibi sevientibus, immunes manserunt.

Res sanitatis in Jassy his absolvitur: 1. est nosocomium civile ad St. Spiridon, quod erectum a principe Gregorio Ghika, qui annis 1727, 1735 et 1747 Moldaviae praefuit, clinico medico et chirurgico ad normam austriacam instructis, constat. 2. Nosocomium militare recentissimis

temporibus conditum. 3. Pro poena criminali mulctatis, pro academia et instituto theologico adsunt propria cubilia aegrorum et medici.

Jam sub regimine principum Graecorum exstiterunt in Jassy aliisque praecipuis Moldaviae urbibus publicae scholae, (Skoala domniaska) verum harum objectum sola lingua neograeca fuit, ipsa vernacula aliisque omnibus scientiis penitus neglectis. Anno 1830 alter ordo, qui fini tam nobili aequius respondeat, inductus est, et hodie regnans princeps mox initio regiminis sui, non tantum circa scholas Jassienses, sed etiam circa alia salubria instituta utilissima fecit. Vastae in hunc finem erectae sunt aedes, introductae cathedrae linguarum patriae, russicae, gallicae et germanicae, praescripta studia Arithmeticae, Geographiae, Historiae et Philosophiae; quae cathedra anno 1834 Philosophiae Doctori e Germania provocato, delata est. Accedit schola artis pingendi, eodem anno a principe regnante erecta, atque pro erigenda cathedra Architecturae dispositio facta est. Instituto huic nomen Academiae praefixum, cum adnexo magno convictu, quo non tantum nobilium, verum sacerdotum quoque, civium, immo colonorum filiis aditus patet.

Institutum theologicum cum convictu pro sacerdotibus etiam recentissimis temporibus erectum est; atque hac ratione multis malis medela adlata, olim enim vix missam celebrare, et nonnisi numerum annuorum jejuniorum citare noverunt animarum curatores.

Ante paucos annos museum rerum naturalium constitutum est, quod hodie dum

actionarii conservare et augere, aedesque novas struere volunt. Valorem tamen qualis litteras decet, prius nacturum non est, donec Bojari suas vires, quibus rei progressus extolleretur, salubri huic instituto immolare noverint. Notum est majores nostros arte bellica semper excelluisse, verum hodie Marte olivae ramis ligato, dum illa amplius opus non est, virtus militaris in eam scientiarum colendarum promovendarumque converti deberet, id quod adjunctis aevi nostri ardentem desiderari videmus.

Loca deliciis publicis dicata sunt: mons Kopou multum frequentatus, qui saepe hespero sereno centenis obruitur curribus amenissime plurimum onustis. — Vineae circumjacentes, inter quas ea regnantis principis vera sua elegantia procul omni dubio multum excellit. Tandem theatrum cum scenopodio gallico. Hortus popularis qui anno abhinc elapso strucepit, tam extensione, quam structurae ratione excellere poterit.

Circumsita regio jucundissima est fertilissimaque, unde merita sunt laudes in quas itinerator philosophus L. Bar. de Tott¹⁾, Dr. Wolf aliique erumpunt auctores. Augetur haec regionis venustas per nonnulla in montibus posita aedificia, inter quae eminent: monasterium Tschetzuija, quod et fortalitii vices agere valet, et monasterium Galata, ad quod fons est aquae sa-

¹⁾ Oper. cit. pag. 229. Ich würde die Moldau mit Burgund vergleichen, wenn jenes griechische Fürstenthum der schätzbaren Vortheile genießen könnte, die von einer gelinden Regierung entspringen.

pidissimae limpidissimaeque, nec non monasterium Frumoassa.

Clima civitatis hujus foret saluberimum, dummodo duo arte humana facile auferenda, extirparentur mala, ripae videlicet paludosae lente repentis fluvioli Bachlui, et lignea platearum strata ligneique canales. In eandem sententiam 30 ab hinc annis abivit Wolf, qui postquam incommoda et pericula inde fluentia describit,¹⁾ aequas adducit regionis laudes.²⁾

¹⁾ Oper cit. Tom. 1 pag. 243.

²⁾ Ibid: pag. 244 Würden diese Hindernisse der Gesundheit durch eine weise und wohlthätige Sorgfalt der Regierung aus dem Wege geräumt, so könnte Jassy, seiner Umgebungen und Naturschönheiten wegen mit mancher Residenzstadt die Vergleichung zu seinem Vortheile aushalten. Man setze einmahl den Fall, daß die auf der südlichen Seite befindlichen Bakluimaräste, die jetzt von vielen hunderttausend Fröschen und anderen Ungeziefern wimmeln, entweder ausgetrocknet, oder durch den hieherzuleitenden Siretfluß, gänzlich aufgehoben würden, und betrachte man auf der nämlichen Seite die schönsten Berge, auf welchen sich in einer kleinen Entfernung, die zwey gut angelegten Klöster Galata und Tschetetzuka, befinden, übersche von diesen Bergen die Stadt mit ihren 69 Kirchen, Klöstern, Thürmen und einigen Bojarenhäusern, so wird man gewiß einen sehr reizenden Anblick finden, der durch die Manigfaltigkeit der Gegenstände äußerst frappant ist, und das forschende Auge nicht wenig ergötzt. Auf der Ost und Westseite dieser Berge prangt die ganze umliegende Gegend mit den angenehmsten Weingebirgen, Fruchtsfeldern, Obstbäumen und Waldungen, und da Ebenen, Thäler und Berge in bunter Mischung ringsherum zerstreut sind, besonders aber auf der Nordwestseite der Stadt der angenehme Berg K o p o, gleichfalls mit Weingebirgen besetzt liegt, so ist der Anblick dieser paradiesischen Gegend über alle Beschreibung. Welche herrliche Belustigung und Erholungsorter ließen sich hier mit geringen Kostenaufwande anlegen, und wie manchen frohen unschuldigen Le-

Axiopolis ¹⁾ Ἀξιωνπολις ²⁾ Galatz (non Galatsch) in districtu Kohurluensi emporium Moldaviae praecipuum ³⁾, ad sinistram Danubii ⁴⁾, hic adeo potentis, ut naves maritimas 300 amphorarum (Tonnen) ferre valeat, ripam, non procul ab Hierasi Ararique ostio, Walachiae adversum, (45° 24' latit. 45° 58' longit.) situm, 60 milliariibus anglicis a mare nigro, 65 a civitate Jassiensis, 72 a metropoli Valachiae remotum, vallo cinctum, domus elegantiores ac reliquae civitates Moldaviae numerat circiter 1000, incolas 8000, illis exceptis, quos e diversis Europae regnis quaestus huc allicit. Templam habet 7, nosocomium 1, et inde ab aliquot annis domum etiam contumatialem, ad normam austriacarum instructam, quae Moldaviae incolis plurimum spondet emolumenti. In foro (bazar) hic merces totius Europae Asiaeque conspicias. Portum habet in Danubio, qui hieme saltem rigidiore uno aliove mense glacie stringitur, aedificia pro excipiendo ligno navali, frumento, variisque mercibus hic sunt plurima.

Botoschan in districtu ejusdem nominis oppidum, post Jassum amplissimum, a Moldavis, Graecis, Armenis et Judaeis, qui magnum exercent quae-

benügens, könnten sich hier die Einwohner von Jassy zubereiten.

¹⁾ Anton. itiner.

²⁾ Ptolom. III. 8. Porphirrog II. them. I.

³⁾ Galatz est le grand marché pour les productions des deux principautés, et le seul endroit où l'on débarque quelques-uns des principaux articles d'importation. Ayant toutes les ressources d'un port de mer, cette ville paraît être très florissante. Wilkinson oper. cit. pag. 72 — 73.

⁴⁾ Qui juxta Ptolomaeum hic primo Ister vocabatur.

stum, inhabitatum. In confini Popoútz Episcopus residet.

Fokschany, in districtu Putna, amplum oppidum, per fluvium Milkow in duas partes divisum, quarum major pulchriorque ad Moldaviam, minor viliorque ad Valachiam pertinet. Emporium quondam non modicum, frequens pestis janua, ex Braila aliisque Turciae locis per mercatores mercesque huc adlatae.

Roman, oppidum in districtu ejusdem nominis, ad ostium Moldovae situm, sedes Episcopi, 2000 numerat incolas, inter quos multi Judaei quaestum exercentes, gaudet nosocomio.

Hrleu, oppidum in districtu ejusdem nominis, sedes Episcopi. Olim hic Hungari habitabant, nunc Moldavi.

Foltitscheny, in districtu montano Sutschavensi, celebratur a nundinis celebratissimis et maxime requisitis, nec non ab equis optimae indolis, qui in hoc districtu producuntur.

Husch, urbs praecipua districtus Faltschiensis nec non sedes Episcopi, notatur a cultura vinearum et apum.

Mihàileny, oppidum principi regnanti pertinens, quo sedes magistratus districtus Dorohojensis anno proxime elapso delatus est.

Pjatra, urbs cum sede magistratus districtus montani Niamcensis.

Okna, oppidum districtus Bakeuensis sale celeberrimum. Kalugera pagus amplus sylvam sibi habet vicinam juglandum.

Baja, tempore Stephani Magni civitas, in qua populus habitabat germanicus, fodinas colens, e quibus 1654 regnante Vojevoda Basilio,

argentum, cuprum, ferrum erutum est, nunc miser pagus, districtus Hrleviensis.

Kotnar, pagus saeculo decimosexto amplum fuit oppidum, in quo princeps Jacobus gymnasium celebre, cum ampla fundavit bibliotheca, quae omnia injuria temporum sustulit, nunc solum a vineis notandum.

Moldavia in medio zonae temperatae sita, montium carpaticorum peraltorum catena a septentrione et occasu cincta, minoribus tota per-texta, — silvis amplissimis tecta, fluviis innumeris et aquis stagnantibus irretita, mari nigro vicina, — clima habet locis diversis diversissimum¹⁾, et ab eo, provinciarum ejusdem ab aequatore distantiae, distinctissimum. Hieme asperum, non raro asperrimum dominatur frigus, aestate calor urit intensissimus, ut vix in Sicilia major. Tempestatem jucundissimam fert mensis September, quae non raro in Octobrem Novembrisque medium continuat; dies num amoene calentes noctes excipiunt non raro frigidae, indigenis, magis advenis funestae. Rigida hiems Decembri incipit, saepeque aequabili tenore ad medium Februarii usque perdurat. Altis nunc saepe tellus tegitur nivibus, fluvii cuncti, ipse glacie firmissima stringitur Danubius, navigationi omni impervius, trahis itinera colenda. Circa medium Februarii aura tepens madensque nives locorum

¹⁾ Wolf clima Moldaviae regulare vocat, illo civitatis Jassiensis excepto, cujus causam paludoso Bachlui et canalibus stratoque platearum ligneo imputat. — Irregulare vocat recentius Wilkinson. Ast irregularis tempestarum conditio recentissimo tempore toto observatur orbe.

depressius sitorum solvit, glaciem fluviorum reserat. Aër humidus frigidusque, ventis frequentioribus non raro ferocioribus, borea imprimis et euro commotus, saepe ad Maii initium usque ver pessumdat, aestu aestivali presso pede ingruente. Aestas calore insigni, pluviis frequentioribus, (imprimis Junio et Julio) procellis circa vesperam vix non typice recurrentibus, grandine rarissime stipatis, notatur, noctes non raro et nunc jam frigidiusculae. — Boreas et qui inter hunc et zephyrum est intermedius, hieme asperinum adfert frigus, aestate auram humidam frigidiusculamque, refrigerii, et hinc morborum catarrhosorum, rheumaticorum matrem. Auster Moldavis tempestatem serenam calidamque adflare solet, rarior tamen est, idem valet de euro quidpiam asperiore. Terraemotus in Moldavia rarius observantur. 1795, 8. Octob. hora $9\frac{4}{6}\frac{5}{6}$ vesp. civitas metropolitana multum periculi damnique passa est. Paludum derivatio — silvarumque diligentior cultura, clima Moldaviae mitius salubriusque redderent.

Numerum hominum in Moldavia viventium assignare non valeo, idem plus minus fatentur omnes, hoc argumentum ruminantes auctores ¹⁾, qui calculum conjecturis diversis superstruentes, summa in inensum differunt. Longe tamen plures Moldaviam habere incolas, quam auctores imprimis recentiores ²⁾ docent, apprime convictus

¹⁾ Wolf oper. cit. Tom. I. pag. 84 et seq. causas adducit quam optime.

²⁾ Wilkinson 500,000 — Convers. Lexicon 7. Auflage 360,000. Seiz Dr. Geograph.-statist. Handwörterbuch 400,000, Canabich Lehrbuch der Geogr. 11. Aufl. et

sum; constat enim solum numerum contribuentium 170,000 familias aequales 900,000 individu-
is numerare, demptis nobiles, Zingaribus et ad-
venis.

Maxima eorum pars Moldavi sunt, in quorum
origines inquirere non hujus est loci, quod si et
esset, mitterem tamen studiose, cum vacuum
triturare stramen, mihi non arrideat ¹⁾).

Moldavi staturae saepissime mediae, torosi,
robusti, facie pulchra, nobili-orientalium ²⁾),
plurimi gaudent, ut id vicinis nostris videre li-
cet, inter miseros etiam illos agazones, qui e

Galletti *Allgem. Weltkunde Pest 1835.* 420,000. —
Wimer op. cit. kaum eine halbe Million.

- ¹⁾ Verba ista illustrant irriti conatus virorum doctis-
simorum, e quibus nominare sufficiat sequentes :
Bonfinius, Pray, Benkő, Peyssonel, Tott, Gri-
sellini, Schlötzer, Thumann, Sulzer, Engel, Ham-
mer.
- ²⁾ Les Moldaves et les Valaques sont en général ro-
bustes, et d'une taille fort avantageuse. Carra oper.
cit. pag. 187. Les femmes Moldaves et Valaques
sont en général assez belles, elles ont la peau blan-
che, mais leur teint est ordinairement pâle. On
trouve parmi elles très-peu de blondes, mais une
grande quantité de brunes claires, à l'oeil noir et
bien fendu. — Le beau sexe de ces contrées est
singulièrement porté à l'amour. . . idem ibid. p. 191.

Männer und Weiber sind schön, besonders jene, wel-
che ein gemächliches Leben führen können. An dem männ-
lichen Geschlechte habe ich zwey Stück gefunden, welche
sie von den westlichen Europäern unterscheiden. Diese
sind, daß der Hals bey ihnen viel dicker und die Füße
dünner sind, so wie es auch bey den Türken gefunden
wird. Hacquet op. cit. Tom. I. pag. 135.

Malgré ce genre de vie et l'influence supposée d'un
climat peu favorable, les paysans sont en général
une belle race d'hommes. Wilkinson op. cit. p. 143.

vicina Transsilvania, Hungaria, Germania etc. merces diversas deferunt. Gaudet Moldavus, mas et femina facie oblonga, capillis plerumque atris, iride fusca, superciliis pulchre arcuatis, oculo vivido, splendido, naribus oblongis, ore gracili, labiis tenuibus, dentibus candidissimis, collo mas crasso, femina mammis bene evolutis, thorace optime structo, extremitatibus torosis, cute candida, molli; — capilli flavi cum iride coerulea rarius conspiciuntur, — frequentius adhuc in feminis.

Hungari (Magyari) Unguri v. Ungureni Moldavis) juxta Carpatum et Hierasum fluvium multi habitant, religionem graecam profitentur, rus colunt, rapinis multum indulgent, linguam loquuntur siculorum Transsilvaniae. De formositate corporis, docilitate eximia et placido agendi modo eos laudat Sulzer¹⁾, hodie vero ceteros Moldaviae rucolas, nec cultura mentis, — nec ullo alio superant respectu.

Graeci, aliquot adhuc ab hinc annis continui Moldaviae principes, nunc pauci eorum nobilitate donati, plurimi artes quasdam et quaestum exercent. Quod et hic de illis valeat: Graeca fides nulla fides, testantur auctores supra citati omnes, clarissime vero id demonstrat Sulzer²⁾.

Saxones, ejusdem procul dubio cum iis, qui magnam Transsilvaniae partem incolunt originis, multi olim habitaverunt in Moldavia, agrum, fodinas, — opificia artesque colentes, nunc tales vix amplius visuntur; germani vero in oppidis et

¹⁾ Oper. cit. Tom. 2. pag. 123.

²⁾ Oper. cit. Tom. 2. pag. 89. et seq.

civitatibus non pauci vivunt, cultura et industria divites, optimum, sed proh dolor insufficientis, reliquis praebentes exemplum.

Armeni numero non pauci in oppidis et civitatibus Moldaviae quaestum exercent, — distinguendi in indigenos, hic natos fixasque sedes tenentes, et externos, qui opibus collectis abeunt unde venerunt.

Lippovani rectius Philippovani (Lipowéni Moldavis) est natio singularis, quae ex oris nigri maris in Moldaviam transgressa, suis moribus, vestitu, vivendi ratione, idiomate slavico-russico maxime affini, nec non religione, ab omnibus Moldaviae incolis se distinguit. Sunt compagis ad normam evolutae, rus colunt eximia industria; dolendum quod versus colles montesque degere ament; arte texendi adque ligna tractandi excellunt. Qui in Jassy munus aurigandi commune gerunt (fiacres), omnes ex Lippovanis procedunt, plerique tamen coelibes nec non castrati. Aditus in templa eorum, externe graecorum similia, profanis vetitus est, idcirco sacrae quoque caerimoniae ignotae, id tamen veritate pollet: sacerdotem e sua turba communi consensu eligi, atque imagines super ligna depictas pie adorari; parce vescuntur carnibus, jejuniis graviter adstricti; verbera, blasphemiae, aggressio ferro igneque, idcirco sanguinis fusio, uti et usus potuum spiritu gravium, prout et nicotianae dogmate vetantur. Ita baptismus quoque usque aetatem qua memoria evoluta fuerit, differri dicitur. Canes non patiuntur, cum pro animalibus sordidissimis habeant; ciconias pro avibus sacratis servant.

Rutheni (Rusch) magno satis numero praesentes, pariter pluribus momentis a Moldavis differunt. Constitutio corporis firma, statura parva, tractus faciei minus regulares, lingua propria,— dialectus russicae,— industria major quam Moldavorum, prout et propensio in potum. Quod ultimum in genere multo magis de advenis quam indigenis valet.

Judaei multi in civitatibus, oppidis et pagis Moldaviae habitant, quaestumque exercent eodem ac alibi terrarum modo; distinguunt in germanicos, qui germanicam callent linguam, et vestibus utuntur iisdem, quibus Judaei polonici, et turcicos — longe pauciores, turcico vestitu et moribus a prioribus distinctos.

Zingari de quorum origine Sulzer diversorum adducit auctorum sententias hypotheticas, multi¹⁾ Moldaviam incolunt; non quidem physica corporis constitutione, (quam robustissimam habent) vivendi tamen modo a Zingaris Transsilvaniae et Hungariae distinctissimi. Non enim solum rapinis vivunt²⁾, musices cultura, et futillium mercium ferrearum quaestu, verum plura colunt opificia, artificia et servitia. Viri, rus colunt (imo et feminae) aurum fluviorum colligunt, fabri ferrarii, fabri lignarii, scriniarii sunt, e ligno, cupro, stanno varia utensilia fa-

¹⁾ La Valachie et la Moldavie contiennent environ cent cinquante mille Bohémiens, et en tirent un plus grand avantage que les autres pays où ils s'en trouvent également, etc. Wilkinson. oper. cit. pag. 152.

²⁾ Ils ne dérobent jamais que des bagatelles. Wilkinson oper. cit. pag. 153

bricant, musicam per eminentiam colunt, ursos aliaque domant animalia, sartores, agazones, hippiatros, carnifices et coquos, feminae cubicularias, infantum custodes, nutrices agunt. Alto, toroso, robustissimo, fatigia gravissima, maximas aëris injurias impune ferente, gaudent corpore, ¹⁾ feminae caelibes sat formosae sunt, partu vero vel unico exantlato turpissimae evadunt ²⁾. Salacitas utrumque, — abusus potus spirituo- si virilem distinguunt sexum.

Praeter hos in Moldavia Russi, Poloni, Germani, Bulgari, Turcae, (hodie paucissimi) multarumque aliarum gentium individua occurrunt, arte, quaestu, opificio vitae media quaerentia.

Cultura mentis in Moldavia tenui dependet de stylo, quod mirum non videbitur illi, qui infelicia noscit gentis fata — Recentissimum aevum dulci spe patria nostra mulcet pectora. Pax enim, supremum scientiarum artiumque fulcrum, et principis benignissime regnantis sapientia munificentiaque, Moldaviae feliciorum parant sortem. Eriguntur scholae, prospicitur de cleri, hucdum non admodum culti, justa informatione, — stimulaturs diligentia, industria, praemiaturque; — deponuntur mores asiatici, induuntur europaei — quod non omnes nostri faciunt vicini, — sicque sperare licet, ut cultura mentis

¹⁾ Les Bohémiens se font remarquer, comme partout ailleurs par un teint brun et une constitution robuste Wilkinson l. c. p. 153.

²⁾ Les femmes ont la même complexion, avec des traits beaux et réguliers; elles sont bien faites avant de devenir mères; mais bientôt après qu'elles ont eu des enfants, généralement elles en ont beaucoup, leur beauté fait place à une laideur repoussante. ibidem

crescente, crescat laboris studium, industria, quaestus, artes, scientiae, — decrescat pigritia superstitio, praejudicia, — feroces mores.

Moldavorum nobiliorum, ditiorumque domicilia ampla, sicca lucida, hortis plerumque cincta, sanitati favent quam optime, pauperiorum vero miserrimae casae ligno, aut luto exstructae, vel virgis septae lutoque illinitae, eo minus sanitati conducunt, cum in iis mundities passim negligatur. Merita hinc sunt vituperia Sulzeri, Wolfii, Wilkinsonii et aliorum.

Longe melior est vestitus Moldavorum, in quo praeter abusum pellium, quibus nimium corpus fovent, nihil habeo quod culpem. Nobiles turcicas deposuerunt vestes, — eas europaeorum occidentalium nunc gerentes. Timendum hinc omnino a thoracum usu. Feminae nobiles, imo non raro et plebae multum indulgent cosmeticis, quibus mendacem sibi adpungunt, in magnum sanitatis detrimentum, formositatem.

Victus nobiliorum et ditiorum ab eo vicinorum occidentalium hodie haud differt, nec amplius valet quod Sulzer, Wolf et alii de eo loquuntur. Utuntur carne vitulina rarissime, frequentissime autem vervecina multumque pingui. Panem dapesque varias parant e farina tritici nec non e farina zaeae mais, ex qua ultima famosa etiam illa Mamaliga (Manna Valachorum) paratur, quam libenter cum caseo, butyro aut lacte comedunt. Abusus vini aliorumque spirituesorum rarissimus est apud nobiliores, eo major vero ille potus coffeae, more turcico paratae. Plebs moldavica autem, tametsi in provincia

vivat fertilissima, quae decuplum facile hominum numerum alere posset honestissime, cibo utitur crudissimo, sanitati nisi consuetudine proficuo, potu autem abutitur spirituofo. Restrictus nempe est fere solum ad Mamaligam, sine qua existere non valet, nec non ad jusculum acidulum, Borsch Moldavis dictum, quo etiam nobiliores, libenter utuntur. Tempore jejunii sola Mamaliga, absque lacte, butyro et ovis, brasica et peponibus fermentatis nec non leguminibus, allio, cepa et similibus utitur; nobilibus vero diversa fercula e piscibus cum oleo olivarum parata, fructus olivarum, ova piscium sale condita, (Raviar) Moldavis Ikri, in deliciis sunt. Aestate fructibus horreis, cucumeribus, melonibus, peponibus multum indulget Moldavus. Consuetudo nobilium saccharata (Dultsehész) hauriendi, cui aquam frigidam superbibunt, admodum laudabilis est, minus vero illa, somnum post pastum capiendi.

Moldavia in medio zonae temperatae sita, soli indole et elevatione diversissima, aquis refertissima, — provinciis, omnium rerum naturalium copia cumulatissimis vicina, donis naturae omnis generis plurimum abundat, quae, — accedente majori hominum solertia, — ditissimam redderent provinciam, etsi ambitu parvam.

Natura anorganica hic prodiga, omnibus suis Moldaviam cumulavit donis, quorum tamen tantus hucdum neglectus, ut sale culinari excepto, omnia fere reliqua absque usu haereant intacta. Quantus hic Geologo, Mineralogo scrutinii esset campus.

Montes carpatici, quorum divitias vicina diligentissime eruit Hungaria et Transsilvania, co-

pioſas auri, argenti, ferri, cupri, mercurii tenent mineras, ¹⁾ copioſiſſimus eſt hic ſal culinaris, non infrequens bitumen, ²⁾ sulphur, lithanthrax. Aurum plures vehunt fluvii, prae reliquis Aeronus (Biſtritz) e quibus a zingaris negligenter colligitur. — Fodinarum olim cultarum, ad Baja pluribusque aliis locis non obſcura cernuntur veſtigia.

Sal culinaris in carpato frequentiſſimus, pluribus locis liberam in lucem erumpit, (Salzſpuren) aquis item ſolutus crebro occurrit. Fodina ſalis ingens colitur in Okna, in diſtrictu Bakeu-enſi. Effertur quotannis ingens ejus in orientales regiones quantitas. — Querelae, quas Sulzer ³⁾ et Hacquet ⁴⁾ contra iniquum ſalem eruendi modum pronunciarunt, noſtris diebus haud amplius repeti poſſunt. — Nitri copioſe efflorescentis exigua eſt cultura. ⁵⁾ — Bitumen (Po-

¹⁾ Eu 1811 des minéralogistes furent envoyés de Pétersbourg pour explorer les mines des monts Krapaks. Ils découvrirent de larges veines d'or, de cuivre et de mercure. Il fallait du temps pour mettre l'ouvrage en train et lorsqu'il offrait les espérances de succès les mieux fondées, la paix fut conclue, les autorités russes se retirèrent, et les mines furent de nouveau comblées pour rester dans leur ancien état. Wilkinson l. c. p. 65.

²⁾ Auf der moldauſchen Gränze, eben in der Gegend, wo ſich der Salzſtock unter der höchſten Gebirgskette ſehen läßt, quillet jenes Bergöhl aus der Erde häufig hervor womit der aſchgraue Thon der den Salzſtock decket und ſich auch in denſelben adernweiſe ziehet getränkt iſt. Ehrenreich von Fichtel Beiträge zur Mineralgeſchichte von Siebenbürgen. 2. Theil. p. 30.

³⁾ l. c. Tom. 1. pag. 148.

⁴⁾ l. c. Tom. 2 pag. 43 et 96.

⁵⁾ Le nitre ſe trouve en abondance dans ces deux provinces; celui de la Moldavie eſt meilleur que ce-

kura Moldavis) cedriae instar adhibetur. Lithanthrax ob abundantiam lignorum negligitur. Sulphuris nullus fit usus.

Petrefacta, in vicina Transsilvania copiosissima, diversissima, quae Fichtel¹⁾ vasto descripsit opere, in Moldavia, cujus montes ejusdem certo sunt cum montibus Transsilvaniae formationis, non deerunt; nihil tamen de iis adferunt auctores, nihil propria habeo dicere experientia.

Singulare naturae donum in Moldavia ad Moineschti in districtu Bakeuensi per Dr. Meyer,²⁾ nec alibi terrarum hucdum inventum, Ozokerites est: (οζέλιο olere et κερος cera). Substantiam hanc inflammabilem, cerae omnino multum affinem, primus descripsit Glocker.³⁾ Refert mas-

lui de la Pologne. Carra oper cit. pag. 168. Non vi è forse terreno in Europa che abbondi tanto di nitro, quanto quello delle due Provincie. Raikovich oper. cit. pag. 102.

1) Beiträge zur Mineralgeschichte von Siebenbürgen 1. Theil Nachricht von den Versteinerungen des Großfürstenthum Siebenbürgen etc. 1780 in 4.

2) Sic Glocker alique docent, — ast probabile omnino est, substantiam hanc jam dudum Moldavis, de suis naturae donis parum sollicitis, notam fuisse, ut id testari videntur verba Cel. Raikowich (Raicewich scribunt alii) qui in opere citato pag. 104 sic habet: „Ho vetudo in mano di particolari dei pezzi di ambra gialla trovati nella superficie dei valloni; probabilmente questa materia è una sorte di asfalto condensato: Resta a vedere se la mutazione nasce dal impressione dell' aria, o dal calore sotterraneo; che gliela fa subire nelle viscere della terra.

3) Schweigers Journal 69 vol. pag. 215 — 221. Vide etiam Berzelius Jahresbericht 14 Jahrgang pag. 201 Et Pharmaceutisches Central Blatt 1631 Nr. 8 pag. 128.

sam solidam, mollem, digitis cerae adinstar de-
pendam, coloris flavo fusci vel viridifusci, grav.
spec. 0,955. — 0,970, odoris bituminosi, aquae
et acidis resistit, alcohole aegre, aethere et
oleo therebintinae solvitur, solutionem offert
flavam, calore funditur, odoremque spar-
git tunc graviorem, elichnio addito cerae adin-
star comburitur totum. In Moldavia jam ab an-
nis 16 et ultra instar candelarum pro lumine (Opá-
itz) adhibetur. Ex eadem substantia Bojarus Ana-
stasius Baschotta, candelas parare tentavit, cum
tamen eandem depurare non valeret et scopo suo
destitutus est. Venalis habetur Viennae in Blans-
koensi officina ferri Johannis Gasse Nr. 977. —

Aquarum mineralium Moldaviae hucdum pe-
nitus neglectarum, nostris diebus aliquis pullu-
lat usus ¹⁾). Adivere nostrates ditiores non raro fon-
tes Transsilvaniae, Hungariae, frequentius Austriae
et Bohemiae, ad aepulas iis solenne erat,
estque et nunc, acidas potare Transsilvaniae (prae-
cipue Borszékienses) aquas, indigenis frequen-
tissimis et efficacissimis plane neglectis. — So-
lertia medicorum hic facem praeferre deberet —
Quae in auctoribus sparsim occurrunt aquarum
Moldaviae descriptarum vestigia, rei parum
admodum lucis addunt; juvabit tamen eorum
hic adducere verba, ²⁾) ut quantum oceptum sit,

¹⁾ Fichtel in Tabula geografica quam Tom. 1 ope-
ris sup. cit. adjungit, sequentibus locis imputat aquas
muriaticas: Okna — Grozesd (Grosescht) Ojtos —
Hersán — Várantza — Szlatina — Krutse (ad limi-
tes Moldaviae austriacae) sunt longe pluribus. —

²⁾ Schulzer l. c. Tom 1 p. 162 et sequent haec habet:
Ich glaube daß es keine Ration in der Welt giebt,

quantumque restet laboris, adpareat. Quae propria mihi hucdum suggerit experientia pauca sunt.

die weniger auf die Gesundbrunnen hielten als die Walachische. Es ist bekannt daß man auf der Siebenbürgischen Bergseite von Kronstadt angefangen nordwärts hinauf bis in die Marmarosch, fast auf jede halbe Stunde einen Sauerbrunnen antrifft, worunter einige, als harmcroder, (homróder) kowasner, (kovásznaer) kassoner (kászoner) von allen aber der in den Gebirgen von der Györgyö gegen die Moldau zu (Borszeke) vorzüglich gut und berühmt sind. Brauche ich mehr Beweise, als diese Siebenbürgische Sauerbrunnen um daraus zu schließen, daß auch auf der moldauisch-walachischen Seite der Karpathen dergleichen zu finden seyn werden? Von zweien bin ich, obschon ein Fremdling in diesen Ländern vollkommen wohl unterrichtet, und doch wenn man hier nach solchen Heilquellen fragt, so fehlt es nicht viel, daß sie einen unter die Augen lachen. — Warmes oder kaltes Mineralwasser, es sene welches man wolle, dies ist die letzte Sorge dieser Nation, die sich in ihrem gewärmten Flußwasser, nach der Weise der Türken waschet, und beym Trunke des süßen Quellwassers zufrieden und gesund ist. . . .

Ich will alle übrigen mit Stillschweigen übergehen; aber von derjenigen, ganz auf der moldauischen Gränze, hinter der Györgyö auf dem Schleichwege, der über den großen Berg Tschaslow gegen die moldauische Bergfestung (Miamz) Niemts führet, muß ich doch ein paar Worte einfließen lassen. Alle Aerzte in Siebenbürgen und nicht wenig genesene Kranke kennen die wunderbare Heilkraft des borszecker Sauerwassers, das nach der Probe, die ich damit angestellet habe, ein Mittelsalz bey sich führet, und bey der Quelle selbst am Geschmacke und Stärke dem Selter Wasser nichts nachgiebt; da hingegen die meisten übrigen Brunnen in Siebenbürgen vitriolisch und Eiserhaltig sind, und sehr widrig schmecken. Als ich vor einigen Jahren mit meinem Freunde dem k. k. Herrn Hauptmann von Scherz in der eben schon beschriebenen Wildniß diese borszecker Brunnenkur noch in der späten Herbstzeit brauchte, wobey wir das Unglück hatten, daß uns

Moldavia numero aquarum mineralium haud cedit Transsilvaniae, — cum tamen pleraeque montibus scaturiant praealtis, vel silvis recon- dantur densissimis, perparum noscuntur, eo minus, quod incolae Moldaviae his prorsus non delectentur. Notae analysim desiderant chemicam, et omni destituuntur ad excipiendos hospites institutione. Vehuntur non raro aquae minera-

das einzige dort gestandene große hölzerne Bad- und Gasthaus, das keinen Wirth hatte, zur Nacht über den Kessel in Rauch aufging, besuchte uns ein dortiger Bergwalache, der einzige Mensch den wir außer unsern Dienern 3 Wochen lang zu sehen bekamen, und rieth uns noch einige Tagreise weiter ins Gebirge hinauf, bis auf die Gränze, zu einen andern Brunen zu gehen, von welchen wie er sagte, und wie es andere hernach bestätigten, wir ganz andere Wirkung als von dem gegenwärtigen verspüren würden. Wir befanden uns schon eine ganze Tagreise von dem letzten Dorfe entfernt, nicht selten mit Gefahr zu verhungern oder von wilden Thieren verzehrt zu werden, in dem höchsten und tiefsten Gehölze; wie hätten wir noch einmal so hoch und so weit durch die unwegsamsten Pfade, bis an die Gränze klettern sollen, um dort bey einem bessern Brunen aus gastfreier Güte eines Hirten, mit Milch, Käse und der harten Mamalgha gespeiset zu werden.

Ich führe dieses Beispiel zu dem Ende so umständlich an, damit man erkenne, was für kostbare Quellen diese Wildnisse verstecken, und wie wenig man sie hier zu schätzen und zu nützen weiß. Wenn schon der borselker Brunn dem Selter Wasser nahe kömmt, wie weit muß die Moldauer Quelle, die weit besser als die untere ist, das Selter Wasser selbst übertreffen. Von der Moldau aus ist diesem Brunen viel leichter und viel näher zuzukommen, und doch zweifle ich sehr, ob man in Tassy denselben auch nur dem Rahmen nach kennen werde.

Hacquet l. c. Tom. 2. pag. 42 et 43. aquas adducit muriaticas, pag. vero 39 haec habet: Hinter erwähnter Stadt (Botoschany oder Potuschan) gegen

les pluribus a fonte horis, calesunt adminiculo ignis, sine omni cautela, balneatur frequentissime in casa virgis septa (Kolyba), vento undique pervia, negliguntur quoad balneorum numerum, temperaturam omnia artis consilia, et tamen non raro salutaris evincitur aquarum efficacia in scabie, herpete, scrophulis, rheumate et arthritide chronicis, emphraxibus, fluore albo, amenorrhoea etc.

Süden hatten wir etwas Morast, und stets den fetten Boden, zur linken aber einen beträchtlichen See oder Lache, den man auf den Karten nicht findet; gegen Südwest zeigten sich kleine Anhöhen mit weitschichtiger Waldung die beynahe mit undurchdringlichen Sümpfe angefüllt ist. In diesen findet man hin und wieder Schwefelwasser die durch ihre Verbindung mit der Kalkerde von ferne einen Schwefellebergeruch geben, aber warm fanden wir kein einziges.

Wolf l. c. Tom. 1. pag. 30. et sequent. Daß diese Provinz an mineralische Wässer so arm nicht sey, als sich die Einwohner derselben einbilden, weil sie keinen Sinn für Ausforschung nützlicher Naturgeschenke haben, mag wenigstens Folgendes beweisen. — Wenn man von der Siebenbürgischen Ditofer Kontumaz bey dem ersten moldauischen Gebirgsdorfe Herrscha vorbeht, bis nach dem nächsten Dorfe Grossescht kommt, so empfindet man schon von weitem einen starken Schwefelgeruch; verfolgt man diese Spur eine kurze Zeit lang, so trifft man von der linken Seite her einige schwefelhaltige Wasserquellen an, die sich in den Fluß Ditos ergießen. Wendet man sich wieder gegen Okna zu, so trifft man einige nicht unbeträchtliche Quellen Bergtheer an, welchen die Moldauer Pekura die Siebenbürger aber Dubot nennen, Und dessen sie sich zum Schmieren ihrer Wägen und des Pferdegeschieres bedienen. Auch pflegen sie diesen Bergtheer bey den Wunden des Viehes anzuwenden, besonders in der Sommerhitze, um alle Arten der Insekten davon abzuhalten. Verfolgt man aber den geraden Weg nach Grossescht über Baku und Roman bis an den Sereth-

Ad Borka, in districtu Sutsehavensi, in silvis aquae sunt minerales eminentissimae virtutis, quarum principia activa haud noscuntur. Videntur esse eadem, quas Sulzer et Wolf descripserunt.

Strunga, haud procul a civitate Jassiensi, in districtu Romanensi, fontes habet medicatos frigidos, sulphur et ferrum tenentes.

fluß, so trifft man gleich rechter Hand, noch ehe man über diesen Fluß setzt, in den nahe gelegenen Waldungen, eine starke schwefelhältige Wasserquelle an, die aber von den Moldauern eben so wenig geachtet wird, als eine andere mineralische Quelle, die sich im Niamyer Gebiete an der Gränze der Karpatischen Gebirge, gegen Siebenbürgen hin befindet. Im Jahre 1796 ließ der damalige Großkanzler Nicolaus Rosset von Rosnowano, ein Biedermann, dessen zuvorkommende Güte und Freundschaft gegen mich, ich noch gegenwärtig mit lebhaften Dankgefühle erkenne, zwey mit diesem Wasser gefüllte Flaschen nach Jassy bringen, die ich chemisch zu untersuchen wünschte, wenn ich nur in den dortigen armseligen Apotheken einige zuverlässigen Reagentien hätte anwenden können. Inzwischen bereitete ich mir selbst einige davon, so wie es in diesem Lande geschehen konnte. Kalkwasser und Lacmufstinctur — absonderlich benutzt — verrieth eine Menge Luftsäure; auch an freiem luftsaurem Alkali mag es diesem Wasser nicht fehlen, da das aufgelöste Bittersalz mit ihm vermischt, unendlich viele kleine Luftbläschen mit einem nicht geringen Aufbrausen erregte. Gerne hätte ich hier die Weinstensäure mit versucht. Schwefel oder Schwefelleberluft verrieth das lebendige Quecksilber eben so wenig, als das Argentum nitratum. Mit der Blutlauge (Alkali phlogisticatum) ließ sich das schönste Berlinerblau sehen und von der Galläpfelessenz konnte man noch überdies deutlich wahrnehmen, daß das Wasser Eisentheile in sich habe. Weitere Versuche konnte ich nicht anstellen. — Vermischt man dieß Wasser mit Wein so entsteht ein starkes Brausen,

Slanik, in montibus carpaticis in districtu Bakeuensi prope Okna, plures habet fontes soterios, sulphur ut videtur et ferrum tenentes, quos Dr. Zotta, emeritus protomedicus Moldaviae, analysi subiecit chemicae ante aliquot annos.

Regni vegetabilis divitias, quas in vicina Hungaria et Transsilvania Lumnitzer ¹⁾, Genersich ²⁾, Kitaibel ³⁾, Wahlenberg ⁴⁾, Sadler ⁵⁾

und an die Seitenwände des Glases setzen sich eine Menge Perltropfen an. Steht es eine Stunde lang in dieser Mischung, so bekommt es eine schwärzliche Farbe, die, je länger man es in diesem Zustand läßt, an Dunkelheit merklich zunimmt. Dem in Siebenbürgen bekannten Borszeker Wasser gibt es mit oder ohne Wein, an Wohlgeschmack nichts nach; ja es scheint dasselbe noch an Stärke zu übertreffen. Recht sehr bedauere ich es, jenes Mineralwasser nicht an seiner Quelle aufgesucht zu haben, allein meine allzuüberhäuftten practischen Geschäfte hinderten mich daran. Wollte man sich Mühe geben, dergleichen mineralische Quellen in diesem Lande aufzusuchen, so unterliegt es keinem Zweifel, daß man noch mehrere derselben antreffen würde, da das benachbarte Siebenbürgen so reich damit versehen ist, besonders im Csiker, und Háromszéker Stuhl, welche beyde an die Moldau grenzen.

- 1) Lumnitzer Steph. Med. Dr. Flora Posoniensis. Lipsiae. 1791.
- 2) Genersich Sam. Med. Dr. Florae Scepusiensis elenchus. Leutschoviae. 1798. et ejus catalogus plantarum rariorum Scepusii. 1801 ibd.
- 3) Kitaibel Paul. Med. Dr. et Prof. et Com. Fr. Waldstein descriptiones et icones plantarum rariorum Hungariae. Viennae. 1802. — 1812 Tom. 3.
- 4) Wahlenberg G. Flora carpatorum principalium. Göttingae. 1814
- 5) Sadler Jos. Med. Dr. Descriptio plantarum epiphyllouspermarum Hungariae. Pestini. 1820. et ajus Flora Comitatus Pestiensis. Pestini. 1825.

Rochel ¹⁾, Endlicher ²⁾, Baumgarten ³⁾ et alii plures, in vicina Polonia Besser ⁴⁾, in Russia Marschal a Bieberstein ⁵⁾ examinarunt descripseruntque, phytophilorum in Moldavia nullus hucdum, si pauca illa quae Hacquet lib. cit. sparsim habet excipias, examinavit. Maximas florae Moldaviae divitias testantur regionis situs, varia soli conditio, diversissimaque ejus elevatio, aquarum abundantia, uninime geographorum itineratorumque testimonium.

Insigni soli fertilitate ⁶⁾ plantae, tum sponte crescentes tum cultae, enorme non raro offerunt incrementum; sic Hacquet de Conio maculato duarum orgiarum ⁷⁾, de Achillea foliata quatuor pedes alta ⁸⁾, de Antirrhino genistifolio altitudinis viri ⁹⁾, de Trifolio pratensi enormis

¹⁾ Rochel Ant. Chir. Mag. Plantae Banatus rariores. Pest. 828 cum iconib. fol.

²⁾ Endlicher S. Flora Posoniensis. Posoniae. 1830.

³⁾ Baumgarten T. Ch. G. Ph. et Med. Dr. Enumeratio stirpium Magno Transsilvaniae Principatus praepri-
mis indigenarum. Vind. 1826.

⁴⁾ Besser W. S. J. G. Med. Dr. Primitiae Florae Galliciae austriacae utriusque. Viennae. 1809.

⁵⁾ Marschall a Bieberstein. Flora caucasica. Charkoviae. 1808. Tom. 2.

⁶⁾ La fertilité du sol est si grande, qu'il pourrait produire de quoi nourrir dix fois — la population actuelle et fournir encore un excédant à d'autres pays, les grains y rendent ordinairement seize fois la semence — et dans les bonnes années jusque à vingt-cinq fois — Wilkinson l. c. p. 77.

⁷⁾ l. c. Tom. 1. p. 19.

⁸⁾ l. c. Tom. 1. p. 22.

⁹⁾ l. c. Tom. 2. p. 40.

incrementi ¹⁾, de Hippophaë rhamnoides 12 pedes alta ²⁾ refert, — in silvis Moldaviae arbores videas gyganteas ut nusquam gentium, hinc earum ad struendas naves naviumque malos utilitas. — Zea mays non raro equitem, prata in nonnullis regionibus arietem reconduunt, ut nil de iis conspicias. ³⁾

Cerealia et legumina omnis generis exigua accedente cultura, quae nihilo minus ultimis annis potenter crevit, fertilissima uberrime profert Moldavia. Secale rarius colitur, frequentius tamen illis districtibus, qui vite carent. — Triticum copiosum serit Moldavus, e cujus farina panem aliosque parat cibos farinaceos. Hordeum passim colitur, cum equi (Turcarum modo) eo pabulentur cerevisiaque, haud copiosa tamen, coquatur. Avena olim rarissima, hodie frequentior. — Milium, quo Moldavus vescitur ipse quoque altitia sua alit, frequens est; colitur etiam varietas semine rubro, quae multis ab hinc annis tempore anonae deficiente, per Jacobum Metropolitanam e vicina Russia adlata est. Polygonum fagopyrum in hominum apumque commodum seminatur. Omnium tamen frequentissime Moldavi

¹⁾ l. c. Tom. 2. p. 78.

²⁾ Tom. 2 p. 80 e baccis ejus Moldavi decoctum parant quod saporis acidi in febribus adhibent acutis, inflamatoribus et biliosis — Oves et caprae foliis ejus vescuntur, ex qua esca copiosius capta, caro ingratum contrahit saporem.

³⁾ Die fruchtbare Ebene welche mit vielen Bächen und Flüssen, so wie die ganze Moldau, durchschitten ist, bringt aller Orten die herrlichsten Gewächse hervor, so daß alle Pflanzengattungen hier um ein Merkliches größer wachsen, als anderwärts. Hacquet op. cit. tom. 1. p. 19.

colunt zeam mayis a principe Nicolao Maurocordato 1710 introductam, paratur inde Mama-liga aliique cibi, porrigitur equis, porcis, altilibus. — *Oryza*, quae in orientalibus et meridionalibus Moldaviae partibus adaequatissimum haberet solum, non colitur. Exoticae quotannis magna consumitur copia.

E leguminibus minus frequenter lentes, frequentius seruntur pisum ervumque. — *Solanum tuberosum* aliquot ab hinc decennis vix notum, a Wolfio in ejus descriptione Moldaviae non memoratum, in montosis Moldaviae partibus, imprimis septentrionalis frequens occurrit hodie, et quamquam ei qualitas exquisita competat, a mensis tamen non tantum divitum sed etiam pauperiorum ferre penitus exul, in solum spiritum vulgo crematum plerumque convertitur. — *Nicotiana*, quae praecipue ad Paschkani producta turcicae parum cedit, pro dignitate sua non satis colitur, et usus illius solum ad plebem restrictus, a nobilioribus penitus contemnitur, qui sola turcica utuntur. *Brasica*, consvetus tempore jejunii plebis et nobiliorum cibus, in omni colitur Moldaviae parte.

Olera, quae praecipue a Bulgariis hodie coluntur, etiam nobiliora habentur, *Allium* et *Cepa* vero, quae Moldavis in deliciis sunt, frequentissime occurrunt, idem valet de *Solano Melogaena* L. Germanis *Spanische Eper*, Moldavis *Patladzely* dicto, et de *Hibisco esculento* L. Germanis *ber eßbare Zibisch*, nostris *Bamy*, quae a ditioribus pro praecipuo habetur gulae irritamento.

Fructus horrei tametsi non ea ac in Germania, Gallia etc. colantur diligentia, multi tamen

bonique habentur, inter quos maxime eminent pomum nostris Domnesk (pomum dominorum) dictum, quod magnitudine, gratia saporis et eo distinguitur, quod anno et ultra servari possit intactum. ¹⁾ Arbores fructiferae sponte crescentes maxima inveniuntur copia fructibusque earundem non raro scrophae pabulantur.

Melones et pepones magna coluntur copia, eminent sapore gratissimo et incremento non raro gyganteo.

Vitis cultura in Moldavia amplissima, ingens adfert lucrum, nam quotannis magna vini generosi in vicinas regiones, praecipue Russiae, effertur quantitas. Eminent inter vina Moldaviae Odobesehtense, alcohole ditissimum, translatu et asservatu facillimum, habetur album et rubrum, quod priori generosius. — Kotnarense, campanensi analogum, — Huschense, Nikoresehtense etc. Accedente majori vitis — vinique cultura, vini copia aequae ac indoles multum incrementi capere

¹⁾ Hacquet l. c. Tom. 2. pag. 69 et sequenti. In vielen Kbstern und Gärten haben wir dagegen eine herrliche Gattung von Äpfeln gefunden, welche die Größe eines Kindeskopf erreichen und sich über Jahr lang erhalten lassen. Man heißt sie hier Dominaska Herrnapfel. Noch nirgends sind uns so schmackhafte vorgekommen, außer denen, die mit ihnen in nächster Verwandtschaft stehen, die französischen Rambours d'hiver (Malus, fructu maximo compresso, hinc albidae inde flavae, puuctis et taeniolis sanguineis distincto, hrumali, des Duhamel.) Allein unsere, haben oft 4 — 5 Zoll in Durchschnitt, eine gute Säure und angenehmen Geruch, dabey ist das Fleisch durchsichtig und köstlich. Es scheint also, daß hier das eigenthümliche Clima für diese Obstart ist. Kirschen und Weichseln sind ebenfalls von ansehnlicher Güte, und kommen in dem wilden Zustande sehr gut fort.

posset. Vinum absinthium (Pelin) parant Moldavi sequenti modo: Vasa 80 et 100 urnas tenentia tota replent herba Absinthii (quae est in Moldavia frequentissima), cui mustum botrorum rubrorum infundunt, et fermentationi committunt. Verum elixirium stomachale id vocat Wolf¹⁾ et de abusu conqueritur.

Canabis et linum frequenter coluntur, hujusque magna evehitur copia. Plantarum tingentium²⁾ et oleum largientium nulla est cultura, idem valet de plantis medicinalibus. —

Pratorum ob soli fertilitatem aquarumque copiam, ingens est numerus et venustas, hinc maximum rei pecuariae accedet emolumentum, et tametsi hujus amplissima sit cultura, quotannis tamen e vicina Transsilvania ingentes huc pelluntur greges, plus quam sufficiens inveniunt pabulum. Consuetudinem autumno prata igne urere, jam Sulzer³⁾ damnat. Hoc modo non raro silvarum inducuntur incendia.

Silvis Moldavia abundat quam maxime, imprimis parte septentrionali et occidentali, ubi et primaevae dantur, in quibus nulla unquam hominum manu vegeta e radice caesa est arbor,

¹⁾ l. c. Tom. 1. pag. 45.

²⁾ Quae teste Carra opere cit. pag. 161. in Moldavia optime proveniunt. „La plante nommée weyd, dont on se sert pour teindre en bleu, réussit merveilleusement dans les deux provinces, ainsi que celle qu'on nomme skompi, dont on se sert pour l'apprêt du marroquin, et celle du jaspagalban, (fors Jarba galbana) espece de fraises avec lesquelles, on teint le marroquin en jaune. Ces fraises croissent au bord du Pruth aux environs de Faschina, non loin de la Tartarie.

³⁾ l. c. Tom. 1. pag. 114.

hinc tametsi nulla sit silvarum cultura, imo neglectus earum summus, ingens tamen ligni abundantia. Vix habet Europa arborem sponte crescentem, quae in his non occurreret silvis, hae praeterea magna copia Tiliarum et gyganteo arborum incremento distinguuntur adeo, ut ad naves naviumque malos struendas, fluviis ad civitatem Galatz et inde Danubio et mare, quotannis magna arborum gyganteorum copia Constantinopolim, Odessam aliorumque ferantur ¹⁾. Arundineta amplissima in orientali et meridionali Moldaviae parte conspiciuntur.

⁴⁾ Plantarum sponte crescentium ingentem esse numerum — et diversitatem nullus dubito. — Quot hic latitant in Europa necdum inventae, quot penitus novae species —? Quis eis erit Kitabelius? Hacquet opere citato perpaucas adducit plantas moldavicas²⁾, hinc nec ad rudimentum florum Moldaviae quidpiam confert; longe plura praestat Baumgarten, cujus flora Transsilvaniae eam Moldaviae multum illustrat; vix enim erit Transsilvaniae planta, quam non et haberet Moldavia. In montibus praecaltis Transsilvaniam a Valachia et Moldavia separantibus Baumgarten alpinas legit plantas multas pulcherrimasque,

²⁾ Wilkinson l. c. pag. 68.

¹⁾ *Achillea foliata*. *Aconitum moldavicum* (cujus ico Tom. 1. op. cit. continetur). *Antirrhinum genistifolium*. *Asparagus officinalis*. *Caltha palustris*. *Conium maculatum*. *Hippophaë rhamnoides*. *Phlomis purpurea*. *Trifolium pratense*. *Veratrum album*. *Verbascum thapsus*.

quae certo et solo florent moldavico, quarumque praecipuas ¹⁾ hic adducere convenit.

- ¹⁾ *Abstinthium glaciale*, *petrosum*. *Achillea lingulata*, *clavenae*, *atrata*, *moschata*. *Aconitum lycoctonum*, *cernuum*, *tauricum*. *Ajuga alpina*. *Alchemilla alpina*. *Allium victorale*, *sphaerocephalon*, *n-scalonicum*, *sibiricum*. *Alnus incana*. *Andromeda polifolia*. *Androsace septemtrionalis*, *villosa*, *chamaejasme*, *obtusifolia*, *lactea*. *Anemone alpina*, *baldensis*, *narcisiflora*. *Angelica archangelica*. *Antennaria alpina*. *Anthemis alpina*. *Anthyllis montana*. *Apargia aurea*, *alpina*, *Taraxaci*. *Aquilegia nigricans*, *alpina*. *Arabis alpina*, *grantziana*, *caerulea*, *bellidifolia*, *scabra*, *stricta*, *ovirensis*, *Turrita*. *Arbutus uva ursi*, *alpina*. *Arenaria biflora*, *multicaulis*, *saxatilis*, *verna*, *tenuifolia*, *recurva*, *striata*, *austriaca*, *liniflora*, *Gerardi*. *Arnica scorpioides*, — *montanae* varietas (*alpina* dicta). — *scorpioides*. *Doronicum glacialis*, *Bellidiastrum*. *Artemisia tanacetifolia*. *Asperula taurica*, *Allioni*. *Aster alpinus*. *Atragene alpina*. *Azalea procumbens*. *Banffia petraea*. *Bartsia alpina*. *Biscutella laevigata*, *saxatilis*. *Bupthalmum grandiflorum*. *Bupleurum longifolium*, *caricifolium*, *baldense*. *Cacalia alpina*. *Calamagrostis alpina*, *speciosa*. *Camelina saxatilis*. *Campanula linifolia*, *latifolia*, *urticaefolia*, *carpatica*, *thyrsoides*, *barbata*. *Cardamine heterophylla*, *resedifolia*, *trifoliata*, *petrea*. *Carduus hamulosus*. *Carex atrata*, *saxatilis*, *ferruginea*, *fuliginosa*. *Cerastium alpinum*, *villosum*, *latifolium*. *Cherleria sedoides*. *Chrysanthemum atratum*. *Chrysosplenium oppositifolium*. *Cineraria aurantiaca*, *longifolia*, *cordifolia*, *crispa*, *alpina*. *Circaea alpina*. *Corthusa mathioli*. *Crepis alpina*. *Crocus vernus*. *Cydonia salicifolia*, *cameadrifolia*, *ulmifolia*, *auruncus*. *Daphne alpina*. *Dianthus nitidus*, *plumarius*, *superbus*, *virginus*, *caesius*, *alpinus*, *glacialis*. *Digitalis lutea*. *Dipsacus pilosus*. *Doronicum austriacum*. *Draba aizoides*, *ciliaris*, *stellata*, *pyrenaica*, *alpina*, *androsacea*, *hirta*. *Dryas octopetala*. *Empetrum nigrum*. *Epi-*

Animalibus omnium ordinum abundat Moldavia. Copiosa tenent alpes nive vix non perpe-

lobium angustissimum, alpestre. Erigeron Villarsii, alpinum, uniflorum. Eriophorum alpinum. Erysimum odoratum, alpinum. Euphrasia alpina. Festuca spadicea. Galium pusillum. Gentiana lutea, purpurea, punctata, asclepiadea, acaulis, verna, urticulosa, bavarica, nivalis, pumilla. Geranium macrorrhizum, umbrosum. Gnaphalium sylvaticum, supinum, pusillum, leontopodium. Gypsophilla repens. Hedysarum obscurum. Heracleum flavescens, austriacum, palmatum. Hesperis nivea. Hieraceum alpestre, alpinum, aurantiacum, humile, Halleri, montanum. Hydrocotyle vulgaris. Hypochaeris uniflora. Imperatoria ostruthium. Larix europaea. Laser trilobum. Linania alpina. Linum alpinum. Lonice-ra nigra, alpigena. Lunaria rediviva. Luzula spadi-cea, maxima, spicata. Lychnis sylvestris, quad-ridentata. Menziesia Bruckenthalii. Meum atha-manticum, Mutellina. Montia fontana. Onobrichis montana. Orchis viridis, nigra, albida. Orobus ochroleucus. Oxytropis montana, uralensis. Paede-rota coerulea. Papaver alpinum. Pedicularis asple-nifolia, foliosa, recutita, incarnata, verticillata, rostrata. Petasites alpinus, discolor. Phaca frigi-da, alpina, australis. Phleum alpinum, Michellii. Pinguicula alpina, flavescens. Pinus mughus, cem-bra. Polygonum viviparum, alpinum. Potentilla aurea, caulescens, grandiflora. Primula longiflo-ra, Auricula, minima, integrifolia. Pyrethrum alpinum, minimum. Pyrola umbellata, uniflora. Ranunculus thora, rutaefolius, alpestris. Rham-nus alpinus. Rhinantus alpinus. Rhodiola rosea. Rhododendron ferrugineum, hirsutum, camaesistus. Ribes petraeum, alpinum. Rosa alpina. Rumex di-gynus, alpinus. Sagina procumbens. Salix herba-cea, reticulata, Myrsinites, fusca, arbuscula, re-tusa. Saxifraga longifolia, aizoon, minor, mutata, luteo-purpurea, stellaris, cuneifolia, androsacea, caesia, Burseriana, sedoides, bryoides, planifolia, geum, rotundifolia, petrea, Allioni, rupestris, try-

tua tectae, copiosa sylvae patentissimae, pede hominum raro pulsatae, copiosa nemora, arva, lacus, paludes, flumina. — Venatio hic infrequens, copiae ferarum favet adeo: ut ursi et luppi hie me rigida damna inferant non modica, vulpes et mustelae altilia infestent frequentissime, lepores a rusticis fustibus quassentur.

Mammalia praecipua sunt: Ursus arctos, Sus scrofa fer, Cervus elaphus, C. dama, C. capreolus, Antilope rupicapra, Lepus timidus, Canis lupus, Canis vulpes, Felis lynx, Felis catus fer. In montibus altissimis et desertissimis carpativis rarius quidem conspicitur Bos Urus, nec non species quaedam e genere Antilope (fors Antilope saiga). (?)

dactilites, aizoides, autumnalis, adscendens, cespitosa, moschata, oppositifolia, retusa, cernua, rivularis, hypnoides. Scabiosa longifolia. Sedum saxatile, villosum, atratum. Senecio incanus, abrotanifolius, doronicum. Sempervivum arachnoideum. Seratula discolor, alpina. Sesleria disticha. Silene Lerchenfeldiana, Siegeri, alpestris, depressa, acaulis, nemoralis. Siler aquilegiaefolium, montanum, alpinum. Soldanella Clusii, pussilla. Solidago alpestris. Sonchus alpinus. Stellaria uliginosa. Swentia perennis, punctata. Symphitum cordifolium. Taxus baccata. Thesium alpinum. Thlaspi saxatile, alpinum, alpestre. Thymus montanus, alpinus. Tozzia alpina. Trichodium rupestre, alpinum. Trifolium alpinum. Triglochin palustre. Trisetaria alpestris. Turritis alpina. Uvularia amplexifolia. Valeriana heterophylla, montana, elongata, saxatilis. Veronica foliosa, fruticulosa, saxatilis, petrea, alpina, integrifolia, depauperata, bellidioides, dentata, urticaefolia. Viola biflora, declinata, Zoyssii.

Aves copiosissimae sylvas aquasque replent, praecipuae harum sunt: Tetrao Urogallus, T. Tetrrix, T. Bonasia, Perdix cinerea, Coturnix dactylisonans, Otis tarda, Columba Livia, C. Turtur, C. oenas, C. Palumbus, Turdus pilaris, Grus cinerea, Ardea cinerea, A. alba, A. garzetta, A. nycticorax, Ciconia alba, C. nigra, Cygnus olor, Scolopax rusticola, S. major, S. gallinago, S. gallinula, Vanellus cristatus, Anas Boschas, A. ferina, A. rufina, A. fuliga, Anser cinereus, A. segetum, Pelicanus onocrotalus.

Sylvas et nemora infinitae replent aves cantu aethereo aures mulcentes, copiosissimae sunt inter has, Sylvia lusciniæ et Sylvia Philomela.

Piscibus Danubius aliique abundant Moldaviae fluvii lacusque adeo, ut cum recentes consumi haud possint omnes, sale conditi maximo vendantur numero. Paucas illas species quas auctores adducunt, adducam et ego, sunt haec sequentes: Muraena anguilla, (rarior), Gadus lota, (rarior), Perca fluviatilis, P. lucioperca, Silurus glanis, Salmo fario, Esox lucius, Cyprinus carpio, (maximus et optimus in Danubio), Cyprinus lineæ, Acipenser sturio, A. Huso. Duo ultimi ex mare nigro in Danubium adscendunt, capiunturque frequentissime ad Braila et Galatz.

Reliqua inferioris ordinis animantia, cum de iis taceant auctores, propriaque destituar experientia, silentio praeterire debeo.

Flagellum Moldaviae maximum locustae sunt¹⁾, quae e vicina Bessarabia tanto adpellunt nume-

¹⁾ Vide Sulzer op. cit. Tom. 1. pag. 95 et Wolf op. cit. Tom. 1. pag. 24. et 64. Tom. 2. p. 169.

ro, ut greges earum radios solis intercipient, amplissimasque Cereris, Bacchi Pomonaeque divitias, spatio aliquot horarum, devorent penitus. Penetrant hi regni vegetabilis tyranni, non raro, in vicinam Transsilvaniam et Banatum usque, minora tamen ibidem inducunt damna, ab incolis diligentioribus mox enecata. In Moldavia quandoque 2 — 3 et ultra annis sedes figunt, ovula autumnno terrae imponentes, quae vere efficacia solis in novam exurgunt gregem omnia depascentem. — Modico quidem conatu Moldavus haec ovula quaerit et annihilat, vel stramine super agros prataque expanso accensaque comburit, — ast minime ea quam res deposcere diligentia ¹⁾).

Rei pecuariae lubentissime incumbit Moldavus, colens ingentem equorum, boum, ovium, scrofarum etc. numerum, efferensque quotannis multa horum animalium millia, magnamque pellicium, lanae, butyri, casei, mellis etc. quantitatem.

Equorum cultura tanta est, ut vix sit nobilis Moldavus, qui suum non haberet equitium.

¹⁾ Wolf op. cit. Tom. 1. pag. 65. Doch die dem Walachen angeborne Nachlässigkeit hindert auch hier die Anwendung nützlicher Mittel zur schnellen Ausrottung dieser schädlichen Thiere; und da überhaupt noch ein großer Theil der Einwohner in dem abergläubischen Wahn steht, daß man sich einer von Gott über das Land verhängten Strafe nicht widersetzen müsse, so verstreichen öfters nicht nur mehrere Monate, sondern wohl Jahre in welchen die Heuschrecken die Felder und Wiesen verwüsten, da indessen in Siebenbürgen, wo sie sich wie schon gesagt, zuweilen auch blicken lassen, ungesäumt die zweckmäßigsten Mittel zu ihrer Vertilgung, und gewöhnlich mit dem glücklichsten Erfolg, angewendet und in Ausübung gebracht werden. (scriptum 1805.)

Educantur hic equi liberrimi, liberrimo in campo, ut id in vicina Transsilvania et Hungaria saepe moris est, capiuntur adultiores magno labore magnoque periculo. Liberi solo vescuntur gramine et foeno, capti gramine, stramine, foeno, zea mays, hordeo, recentius etiam avena pabulantur. Equus moldavicus valachicum superat magnitudine, ei par, robore, tenacitate, laboris et longevitate vitae. Ditiore turcicis et arabicis, rarius tamen, utuntur equis, equitiaque sua iis nobilitant.

Boves majori in Moldavia ac in vicina Valachia coluntur numero, ingentique quantitate quotannis in vicinas imprimis germanicas pelluntur provincias, in Turciam vero copiosissimum fertur butyrum sebumque. E lacte vaccarum Moldavi caseum rarius parant, hunc in finem lac ovium impendentes. Vitulos rarissime enecant, cum carnem vitulinam comedere vix moris sit. Bos moldavicus omnis albus est, magnitudine bovi hungarico par, extremitatibus crassioribus, crassiori item ventre, cornubus brevioribus carne non minus sapida gaudens. Recentioribus, temporibus haud rarius colitur bos bubalus, quorum lac svavissimum, butyrum sebacei saporis, caro fusca, dura, insipida est.

Ovium cultura amplissima est, minor tamen ac in vicina Valachia, quodsi Moldavi eam sequerentur, quae in vicinis ditionibus austriacis aevo recentissimo, hoc in genere est, industriam, longe plus emolumentum accederet Moldaviae, verum et eo, quem nunc tenet statu, Moldavi lucrum capiunt non modicum. Teste Wilkinson¹⁾

¹⁾ l. cit. pag. 71.

quotannis 250,000 verveces in Turciam pelluntur, magnaue carnis siccatae (Pastráma), casei¹⁾, pel-
 lium lanaeque venditur quantitas. Coluntur prae-
 cipue Ovis strepsiceros, O. laticauda, O. Steato-
 pyga (Moldavis vulgo O. tartarica dicta), in cu-
 jus caudae paniculo adiposo tanta colligitur olei
 animalis quantitas, ut cauda pondus viginti et
 ultra librarum non raro adsequatur. Ovis vulgo,
 hispanicae vocatae propagatio non eo succedit
 gradu, ac in vicinis imperii austriaci provinciis,
 deficiente pari cultura.

Caprae vel inter oves vel distinctis colun-
 tur gregibus. Lac earum ut id ovium impendi-
 tur, carne plebs vescitur.

Scrofarum culturae favent amplissimae syl-
 vae quaercinae, et copiosissima, quae in Mol-
 davia producitur, zea mays. Scrofae hae dome-
 sticae, plurimum sibi relictæ, a scrofis feris
 parum differunt, iis structura, colore, ferocita-
 te, imo testante Hacquet²⁾, et eo similes, quod
 setae in paniculum adiposum usque penetrent.

Altilia habentur omnis generis, praecipua
 colitur diligentia Meleagris — Phasianus colchi-
 cus vix ullibi habetur. Columbæ domesticae sunt
 frequentissimæ.

Nec cultura piscium spernenda est; tametsi
 enim Moldaviae fluvii rivique piscibus abundant,

¹⁾ Teste Sulzer opr. cit. Tom. 1. p. 61. sequentes pa-
 rantur ex lacte ovium casei species: Kasch dultsche,
 caseus dulcis —, Urda dultsche, prior sale condi-
 tus —, Kaschkaval caseus durus in frusta cubica
 formatus —, Kaschkaval de munte, caseus batavo
 similis, in libones redactus et Brinza.

²⁾ Op. cit. Tom. 1. pag. 135.

nihilominus multae habentur in villis nobilium, et ad claustra monachorum piscinae, carpionibus imprimis abundantes. Jejunia plurima et strictissima, quae Moldavi religione coacti, (hodie minus quam olim) observant, hujus culturæ sistunt rationem.

Apes coluntur frequentissime, majori quam in Walachia numero, praecipue in districtu Vasluensi. Sulzer ¹⁾ de nobili loquitur Moldavo, qui 13000 alvorum tenebat, dicitque censum principi a cultura apium quotannis dependendum 200,000 imperialium (Göwenthafer) effecisse ²⁾.

Wilkinson ³⁾ ceram flavam et mel inter praecipuos quaestus activi articulos Moldaviae numerat, illa per mercatores graecos Venetias, istud Constantinopolim passim fertur. Cera viridis, quam apes ad ostium alvorum deponunt, suaveolens, suffimenti odoriferi instar in Moldavia olim adhibebatur, hodierno die haud amplius noscitur ⁴⁾. Mel saporis gratia Narbonensi haud cedit. Favent hic apium culturae clima, Tiliarum, pratorum sylvarumque plantis nectariferis refertissimarum copia, ut et id, quod Moldavi hyperbolica mittant artificia, quibus alibi terrarum plus damni quam emolumenti infertur. In hanc sententiam dicti abeunt auctores omnes,

¹⁾ Op. cit. Tom. 1. p. 87.

²⁾ De hoc censu jam loquitur Becman in historia orbis terrarum pag. 229. et Stephanus a Cordato (1717) in *Jo Triumphe, daß ist historisch, geographisch und chronologische Beschreibung des Königreichs Ungarn*, p. 51.

³⁾ Op. cit. pag. 68.

⁴⁾ Carra de hac cera longe alia docet dicens: Mais une production merveilleuse de ce pays, c'est une cire vert, ouvrage d'une espèce d'aboillos plus pe-

imprimis Wolf¹⁾. Fertilitas animalculi hujus diligentissimi hic tanta est, ac nullibi terrarum, nil enim rari, ut unus grex 15 — 20 greges una emittat aestate²⁾. Ad enecandas apes testante Wolfio³⁾ populus Moldavicus utitur Agarico muscario, illi Puhagitzza dicto, quem in frustilla conscissum carbonibus imponunt candentibus, ut fumus adscendat apesque e vivis sufferat. Merito quaerit auctor, an sic nociva agarici virtus non et melli communicetur, subjungit tamen, se nullo unquam tempore aegrum vidisse, cujus morbus huic imputari potuisset causae. Est tamen consuetudo haec semper damnanda, attentione medicinae publicae dignissima.

tites que les abeilles ordinaires. Cette cire se recueille sur certains arbustes, où ces industrieux insectes la déposent. On en fait des bougies odoriférantes qui exhalent un parfum exquis, étant allumées. Cette cire est fort rare; mais on parviendroit à en augmenter la récolte, en cultivant les arbustes où elle se recueille et en attirant les abeilles dans des lieux convenables.

¹⁾ Op. cit. Tom. 1. pag. 56. Die Bienenwirtschaft so einfach sie auch hier zu Lande getrieben oder vielmehr benähe ganz der Natur überlassen wird, ist eine der ergiebigsten Quelle des Reichthums der Einwohner und ein sehr ansehnlicher Handlungszweig. Die Biene, der es in diesem Lande so sehr gefällt, und die alle Menschen besonders den von Natur trägen Moldauer an Fleiß und Emsigkeit so auffallend übertrifft, liefert in günstigen Jahren, ohne aller Beihülfe der Kunst, so viel Honig und Wachs, daß diese Menge ein anderes Land, mancherlei Umstände wegen, schwerlich wird aufweisen können; wenn auch aller Fleiß und Mühe darauf verwendet werden sollte.

²⁾ Wolf l. cit. pag. 59. Raikowich l. c. pag. 88. et alii.

) l. cit. pag. 60.

Setici cultura multum lucri sponderet Moldaviae; haec tamen penitus negligitur.

De morbis in Moldavia obviis scribere medico etiam oculatissimo et expertissimo perarduum est, cum populus moldavicus morbos passim negligit, aut rudissimae agyrtarum anularumve curae committit, quaerens vero, quod rarissimum est, auxilium medici, anamnastica non aliter, ac verbis hyperbolicis, et sapientissimo aenigmati-
cis, describit.

Cum vitae ratio quam populus sequitur, ab ea quam ditiores nobilioresque colunt sit distinctissima, ut vix alibi terrarum, morbi etiam hanc sequuntur differentiam.

Experientia hocce in objecto propria destitutus, paucos illos sequar auctores, qui istud hucdum pertractarunt argumentum, addens exigua illa quae suggerit propria memoria.

Partus anomalias provida natura hic producit rarissime, optima systematis ossei conformatio, validusque partium solido-mollium tonus hujus phaenomeni sistunt rationes. Inducitur vero haec ossium partiumque mollium conditio in feminis Moldaviae per vestes laxae corpus cingentes, nulla pressione, ut id thoraces alibi gentium passim gessati, efficiunt, evolutionem organorum normalem turbantes, — per sessionem more turcarum cultam, — per saltus vehementioris omni tempore, nec non omnis motus corporis sub gravitate fugam. Hinc explicatur, cur, tametsi res obstetricia hucusque rudissimis tradita fuerit manibus, matres tamen aequae raro ac neonati in partu vita periclitentur, curque febres puerperales conspiciantur rarissime. —

Cum tamen feminae nobiliores recentissimo tempore vestes turcicas cum iis Europae mediae et occidentalis commutaverint, ipse thoracum usus et abusus, nec infrequens, ceceperit, — salusque germanicus (das Walzen) jam jam immititur, scrophula et rachitis in dies magis incrementum frequentia, timendum sane est, fore, ut mox frequentius graviores conspiciantur sub partu aerumnae.

Praecipuis morbis sporadicis Moldaviae adnumerari debent: Apoplexiae. — Hydropes, frequentissime ex emphraxibus organorum abdominalium ortum ducentes, qui cum a plebe passim negliguntur, passim et morte terminantur. — Arthritis, cujus eadem e causa tristissimus saepe eventus; arthritis tamen podagrica rarissima. — Colicae, ob copiosum olei usum haud frequentes sunt. — Scabies frequentior, a plebe pessime tractatur. — Stomacace (Studinitza), contagione propagari videtur. — Scorbutus rarissime conspicitur. — Syphilis ruri rarior, in oppidis et civitatibus non infrequens, venere vulgiva et nutricibus, quibus crudeles matres suos committunt infantes propagatur; blenorhoeae chronicum saepissime habent decursum, pertinacissime efficacissimis etiam remediis artis resistentes. Morbi mentis haud frequentes sunt, rarior melancholia, frequentior monomania religiosa et mania furiosa. Miserrimi hi mortalium in defectu morocomii passim feruntur in monasterium Niamz, hic, ubi medicus omnisque desideratur persona rerum medicarum vel modice gnara, orationibus, incantationibus, imprecationibus, jejuniis et similibus tractantur.

Eodem modo tractantur hic etiam epileptici, chorea St. Viti aut convulsionibus laborantes, qui passim pro diabulo obsessis habentur. — Struma in carpato hinc inde occurrit, nequaquam tamen ea, qua in vicina Transsilvania frequentia; cretinismus vix invenitur. — Gibbositates aliaeque deformitates vix noscuntur. — Oculis rarius laborat Moldavus, gravius adfecti, ob ophthalmiatri experti defectum, hucdum excecati sunt vix non omnes. Morbi aurium sunt rari, rariores adhuc ii dentium — Hydrophobia est rarissima, tametsi gregescanum sibi relictorum omnem pervagentur Moldaviam. —

Asperum montium altiorum et plagarum silvis densissimis tectarum humidumque locorum paludosorum clima, — habitacula sanitati infensissima, — vitae ratio et consuetudines nocivae, — fontes sunt morborum endemiorum non paucorum, quorum praecipui sunt: Febris sic dicta hungarica, (Hagymas hungaris Lungoary valachis vocata) characteris frequentissime bilioso-nervosi. Exordio morbi aegri accusant sensum debilitatis, dedolationis, anxietatis, caephaleam gravissimam, — febricitant intense, offerentes pulsum frequentem, duriusculum, suppressum, lingua conspicitur spurca, mox sicca, fusca, vel fusco-viridis, adpetentia cibi est prostrata, sitis valida, facies rubra, oculi rubore pallidiore suffusi, — tardius accedunt deliria, sub exordio furiosa, tardius mitiora, subsultus tendinum convulsio etc. Medicastri, ut Wolf testatur, intempestivo phlebotomiae et chinac usu plurimos in tumulum prosternunt, evacuantia optime conducunt.

Febres gastricae frequentissimae tempore paschalis sunt, ubi post longam strictamque ab omni cibo animali abstinentiam, ferox ne dicam carnis et tavis (Pletschinti vocatae) sit ingurgitatio.

Febres intermittentes vernaes effluviis paludosis indeque inducta atmosphaera humido-frigida provocantur, frequentissimae sunt in civitate metropolitana; autumnales characterem offerunt vix non semper biliosum, quae rebelles sunt, maleque tractatae infarctuum organorum abdominalium, aliarumque passionum matres evadunt.

Febres rheumaticae in et circa Jassium sunt frequentissimae, non raro, imprimis vere pleuriticae. Frequentius adhuc rheumatismus occurrit chronicus, cujus originem optime describit Wolf ¹⁾).

Haemorrhoidum ingens in Moldavia frequentia, nec insolitum est pueros 3 — 4 annorum iis laborantes conspicerere, et haemorrhoides vesicae urinae non infrequentes. Favent huic morbo fatali sessio loco moli protracta, — absurdus coffeae abusus, cui et infantes jam non raro indulgent, abusus olei, frequentius rancidi, ciborum item sale, pipere, allio, aliisque acribus multum conditorum, incautus suppositoriorum usus, nec non dispositio haereditaria.

¹⁾ Im Winter pflegt man 4 — 5 Pelzstücke auf dem Leibe zu tragen; und ehe noch der Sommer anfängt, erblickt man schon die Jungen Herrchen (Kokonaschen) mit den dünsten Kleidern angelegt, herumgehen, reiten und fahren; da unter dessen die ältern Männer und Weiber stark bekleidet mit schweisenden Körper an den offenen Fenstern auf dem Sopha sitzen, und die Zugluft mit vielem Vergnügen über sich fahren lassen, oft mit entblößten Haupte etc. pag. 191.

Hernias omnis formae vix alibi terrarum tam frequentes conspexeris, ac in Moldavia.

Rhachitis, scrophulae, atrophia, recentiori aevo morbos sistunt in infantibus ditiorum frequentiores, — rariores in plebe. —

Vermes intestinales vix alibi terrarum tam frequentes, ipsa tenia (Fapta) non rara; plebs credula de ranis et serpentibus in intestinis hominum hospitantibus fabulatur.

Fluor albus frequens admodum, cui iidem favent qui hemorrhoidibus influxus, tractatur a vetulis pessime semper, hincque infausta uteri vitia pullulant.

Herpes syphiliticus, pseudo — syphiliticus aliaque ejus formae tam frequentes sunt, ¹⁾ ut a Wolfio morbis endemiis adnumeretur.

Hypochondriasis et hysteriasis ruri rariores, in civitate capitali frequentissimae, saepe morabilibus, saepe organicis: — obstructionibus viscerum abdominalium, haemorrhoidibus, vermibus pullulant e causis. Prioribus Wolf adnumerat: educationem pravam, otium, luxum, superbiam, avaritiam, vindictae studium, spem ellusam, superstitiones, moerorem, penitentiam; etc. etc. physicis vero: clima civitatis insalubre, abusum

¹⁾ Oper. cit. Tom. 1. pag. 200. Hautausschläge. Das gewöhnlichste Uebel hiervon ist der nach türkischer Sprache so genante Salzfluß (Tusslûbalgam) welchen die Griechen ἔρπηξ εἰς διαίτην nennen. Dieser Ausschlag an Händen und Füßen entspringt hier gemeinlich von alten Ueberbleibseln venerischer Umstände, die mit größter Mühe kaum zu heben sind. Auch die übrigen Gattungen von Flechten z. B. Herpes miliaris, serpigo pustulosa, syphilitica — kommen hier nicht selten vor.

potus spirituosi et coffeae, victum pinguem, somnum post pastum cultum, sessionem protractam, coitum frequentiore, cosmeticorum abusum, nec non erroneum tractamen febrium, praecipue intermittentium. Epilepsia (in sexu se sequiori frequentior) tanto in Moldavia occurrit numero, ut a supra nominato Wolfio morbis adnumeretur endemiis. ¹⁾ Sympathicam longe frequentiore esse ac idiopathicam, idem testatur medicus, qui eximiam florum *Anchusae* off. et *Campanulae rotundifoliae* virtutem decantat. ²⁾

Morbi epidemii, jam frequentius, jam rarius, jam ampliori, jam angustiori plaga Moldaviam pervagantes sunt: Pestis orientalis, quae primaria hic nunquam evolvitur sede, Turciae provinciis, plerumque per mercatores graecos illata, — infinitis jam vicibus Moldavia depopulata est, omni custodia limitum hucdum neglecta. Conabar brevem historiam pestium Moldaviae huic inferre opusculo, ast mox intellexi, laborem

¹⁾ Op. cit. Tom. 1 pag. 197.

²⁾ Ibidem: Die Blumen der *Anchusa* off. haben bei einigen mit dieser Krankheit behafteten Menschen vortrefliche Dienste gethan. Konnte dieses Mittel eine sympathische Epilepsie nicht heben, so verfertigte ich mit den frischen Blumen der *Campanula rotundifolia* eine Essenz, die bey vielen Kindern und Erwachsenen wider diese Krankheit Wunder that. Dieses Mittel (*Anchusa*) macht Dr. Bruz zu Wien im Jahre 1775 in seiner Diss. inauguralis pag. 43 zuerst bekannt. R. Flor. Buglossi recenter collectarum unctres, infunde spiritus de foece vini parati libram unam. Vitro probe clauso macerentur per triiduum. — Signa, sumat e vase inclinato omni mane cochleari uno. — Auf diese Art verfertigte ich auch meine Essenz mit den flor. *Campanulae rotundifoliae*.

hunc in feliciora tempora, ubi plus mihi fuerit otii, — esse relegendum, cum omnes hucdum citati auctores de hoc alte taceant objecto, — necque ex celeberrimi Schnurreri ¹⁾ operibus hunc in finem erui possint, quae vel minimo gradu sufficerent. Recentissimo tempore solertissima limitum Turciae contiguorum custodia, strenuaque in contumacialibus aedibus, quae Galatzii sunt, legum medico-politico-antiloimicorum observantia rem eo perduxit, ut ab hocce dirissimo mortalium hoste, immunis servetur Moldavia. Et hoc ingens beneficium Principi optimo, sapientissimo debent Moldavi.

Typhus contagiosus, febres nervosae et nervoso-putridae in civitate metropolitana et omni paludosa Moldaviae parte non raro epidemiae, tuncque saepissime malignae, — in montosis rariores mitioresque.

Febres biliosae in civitate capitali singulo occurrunt anno copiosae, occipiunt ineunte Julio, durantque ad hiemis exordium usque. Male tractatae facillime nervosum aut putridum assumunt characterem.

Febres gastricae in Moldavia endemiae, non raro in epidemias errumpunt, idem valet de febribus intermittentibus, saepe pertinacioribus, quae neglectu aut prava cura in obstructions viscerum abdominalium variasque abeunt cachexias, non raro lethales.

¹⁾ Geographische Nosologie Stuttgart 1813, Chronik der Seuchen. Tübingen 2. Theil. Charte über die geographische Verbreitung der Krankheiten 2 Blätt fol. München. 1827 — 1830.

Febres inflammatoriae mitiores cum adfectione topica catarrhali aut rheumatica vere et autumno, quandoque et humida frigidaque aestate epidemice occurrunt, eo frequentius, quum rheuma morbis Moldaviae endemiis omni jure adnumeretur.

De pneumonia epidemia vehementissima, quae tres quatuorve exposceret phlebotomias totumque reliquum apparatus antiphlogisticum Wolf loquitur ¹⁾, haec vero phlogistica constitutio in Moldavia, ut et alibi terrarum, a duobus jam evanuit decenniis.

Variolae epidemiae olim in Moldavia frequentissimae, singulo tertio quartove anno recrudescentes, ingentem infantum prostraverunt defeceruntve numerum, in civitate metropolitana praecipue infantes ad Bachlui rivum paludosum miserrimis domiciliis habitantium. Strages hae effecerunt, ut Moldaviae populi inoculationem sic dictam variolarum 50 et ultra ab hinc annis lubentes susciperent nec tardius vaccinae a Doctore et archiatro principis Alexandri Murusi, Hesse 1803. introductae reniterentur.

Idem princeps de Moldavia optime meritus Doctorem Frölich vaccinatorem constituit pro toto principatu, qui omni, quicumque desideravit, gratuito implantavit, sicque factum est, ut variolae longe minores inducant strages et Moldavi ineptum illud variolarum prophylacticum, a quodam Doctore André inductum, videlicet infantes neonatos sale conspergere, vix non penitus mitterent.

Malaria frequentius, scarlatina rarissime, morbilli nunquam occurrunt.

Erysipelas morbis epidemiis Moldaviae adnumerandum est, estque plerumque characteris gastrici; invadit non raro summa intensitate faciem ipsamque partem capilatam capitis, accedunt mox symptomata periculosa, vomitus, spasmus, delirium, neglectu aut pravo tractatu gangrena et metastases aegrum enecantes.

Diarrhoeae et Dysenteriae autumno non raro augentur in epidemias, quod medicus praecipue in civitate metropolitana observare potest.

Cholera asiatica, etiam pestis indica nuncupata (Kolera), terror Europae, vere anni 1831 e Bessarabia in Moldaviam penetravit, nec ullum perpessa impedimentum, celerimo passu metropolim attigit, ubi ditissima fruebatur messi. Panico tunc terrore primates principatus (Bojaros) obruntur, experientia cito edocti, inexorabilem hunc gentis humanae hostem, pariter ab eorum casta, separata licet penitus, omnique circumspeditione munita, ac ab illa miserae plebis tributum depromere. Comulatim derelinquunt metropolim, pede celerrimo, tremente, rus requirentes, solito dum pestis orientalis saevit more, ne procul quidem credentes, se ibi quoque locorum assequendos. — Sed non ipsi solum primates (Bojari), quos nec officium publicum nec aliud strenue munus metropolim degere jubet, huic dorsum fugientes vertunt, sed proh dolor! Aesculapii prosapia quoque, (quamvis in decus ejus dictum sit) illegitimo plurimum thoro producta) hanc salutis speciem quaerit. Hinc incolae infelices hujus urbis, cruciati tremore communi, privati omni auxilio, obruti epidemia terribili, triplici sub hoc martyrio, dulcissimae huic vitae valedicere

cogebantur. — In tantum confusio crevit: quod mortuos per hebdomades terrae incommisissos, agonizantes vero eadem praemulta, certe non levi tectos, constet. — Dives et pauper, nobilis et civis, barbatus et imberbis pari concutiebantur numero; Zingari tamen et Judaei ¹⁾ mortuorum turmam maxime augebant. — Mox morbus per totam provinciam diffunditur; — in metropoli quippe decrescens, in planitie culmen attingit; nihilominus complurima loca immunia mansere, dum e contra in nonnullis regionibus montanis Cholera saeviit. Sero nonnisi autumno provincia ab immani hoste liberata est, Jassy vero mense Augusto jam liberum trahebat spiritum ²⁾).

An Cholera in Moldavia sub forma cholerae exquisitae seu asphicticae, aut cholerae siccae, aut cholerae, vel forma diarrhoeae cholericæ vel cholerae erethisticae, vel torpidæ seu paralyticae, aut forma cholerae typhodes, seu febris nervosae cholericæ plurimum comparuerit, silere jubet silentium omnigenum medicorum practicum, qui in facie loci constituebantur.

An Cholera asiatica in Moldavia saeviens contagiosa fuerit nec ne? discrepant medici practici. Experientia tamen ubique locorum docuit: eos qui plurimum opis aegrotantibus deferrent,

¹⁾ Die meisten Erkrankungs- und Sterbefälle ereigneten sich unter der armen Klasse, vorzüglich unter den Juden und Zigeunern Oester. Beobacht. vom 19. Jul. 1834.

²⁾ Nachrichten aus Jassy von 28 Juli zu Folge hatte die Cholera in dieser Stadt beynabe gänzlich aufgehört man rechnet die Zahl der in Jassy an der Cholera verstorbenen, auf eine Bevölkerung von 40000 Einw. auf nicht velle 3000 Oester. Beob. von 28 August 1831.

minime hac labe decubuisse. Quantum vero psyche ad dispositionem in morbum influxerit, clarissime liquet ab urbe Jassy. —

Qua prophylacticum in usum trahebatur Angelica et Camphora, — qua remedium Camphora, Opium, aromatica, praesertim oleum Menthae piperitae, spirituosa, aqua frigida. —

Influenza (Grippe) itinere suo ab ortu oca- sum versus Moldaviam quoque infestavit, et quamvis longe minori ac Cholera asiatica numero aegros numeraret, tamen e perperso vix tremore resuscitados incolas, potenter rursus pertremuit.

Rem medicam Moldaviae ad initium seculi praesentis usque in deplorabili fuisse statu, judex hac in re digninissimus testatur Wolf, qui in opere nominato 1805 publici juris facta, acrioribus verbis eam descripsit. ¹⁾ Adiverunt quidem ab his temporibus per cives multi Europae medici hoc nomine dignissimi Moldaviam; ast hi in civitate metropolitana sedem figentes, et

¹⁾ Jeder Fürst bringt aus Konstantinopel seinen Leibarzt mit sich in die Moldau; jeder dieser Aerzte will nicht nur *Αρχιατρος*; des fürstlichen Hauses, sondern auch *πρωτεργος* über alle übrigen Stadärzte seyn. Gewöhnlich sind diese geborene Griechen; empfangen 500, manchmal auch 1000 Piafter monatliche Besoldung vom Fürsten, und stiften in der Stadt mit ihrer hochtrabenden Charlatanerie mehr Unheil, als Nutzen an. Unter denen wenigstens die ich in der Moldau und Walachei habe kennen gelernt, traf ich nicht einen einzigen rechtschaffenen Arzt. Der beste unter ihnen besaß von medicinischen Kenntnissen schwerlich so viel, als mancher Apothekerjunge in Deutschland. Wie kann es aber auch anders seyn? Diese Idioten gehen entweder als Apotheker gesellen, oder bey einem Arzt einige Jahre im Dienst gestandene Bursche, auf

post aliquot annorum curriculum in patriam suam reversi, nullum aut exiguum saltem incolis remotius habitantibus intulerunt emolumentum.

Recentissimo tempore res medica Moldaviae plurimum debet Russis, qui ultima qua eam invaserunt vice, illam in meliorem redigerunt ordinem. Non pauca etiam incrementa cepit humanitate, sapientia et amore vero paterno principis nunc regnantis, ita ut parum restet, quod desideretur.

eine Italiänische Akademie, lernen da die welsche Sprache, schreiben sich eine Menge Recepte für allerhand Krankheiten ab, und kommen dann nach Konstantinopel. Gelingt es einem dieser Charlatanen, einer Dragomanie ein paar glückliche Klystire beizubringen, so wird er sogleich zum Hausarzt aufgenommen; und erhält der Herr Dragoman ein Fürstenthum, so wird er als Leibmedicus mitgebracht. Und in zwey oder drey Jahren macht er sich durch sein stolzes Ansehen ein Kapital von 60 bis 70 Beutel Geld. Da diese elenden Menschen schon ohne Kopf, ohne lateinische Sprachkenntniß, ohne Vorbereitungs Wissenschaften auf Universitäten gehen, und auch da weder um Logik, Mathematick, Physik, Naturgeschichte; noch um Chemie, Botanik, Anatomie, Physiologie, Materia Medica u. sich sonderlich bekümmern; so kann sich Jedermann leicht vorstellen, wie schlecht es um ihre pathologische und therapeutische Wissenschaften aussehen müsse, und daß man bei ihnen nichts anders antreffen könne, als eine ganz unphilosophische Empirie.

Charlatane, Quacksalber, Pfüscher, allerhand herumvagirende medicinische Betrüger, alte Weiber, finden hier im ganzen Lande ihren reichlichen Unterhalt. Niemand von diesen Menschenverwüstern, wird jemals gefragt: wer er sey? Woher er komme? Ob er ein Zeugniß oder Diplom aufzuweisen habe? Und gesetzt, es wird dieser oder jener gefragt, so hat hier jedes unnütze Stückchen Papier seinen Werth, sie zeigen meistens Attestate ihrer ehemaligen Herrschaften u. u.

In civitate metropolitana residet protomedicus, supremus rei medicae totius provinciae gubernator. Circuli suos habent physicos. Singulo circulo in loco capitali pharmacopolium habetur bene coordinatum, vigili oculo physici subjectum; in metropoli vero sex habentur. Sunt porro in Jassi quatuor officio constituti physici civitatenses, chirurgus atque obstetricator, obstetrix, nec non magister dentistics, tandem publicus cadaverum inspector, quod munus Moldavis hucdum peregrinum penitus erat. Nosocomia et instituta publica plus quam sufficienter medicis munita sunt. Medicus, chirurgus, pharmacopoeus, diplomate legali destitutus non toleratur, immo obstetrix publico servitio non alia admovetur, quam ea, quae informata et examinata

Wundärzte spielen hier eben auch die Rolle der Charlatane, da sie sich mehr mit innerlichen als äußerlichen Kuren abgeben, ohne nur eine mittelmäßige Kenntniß im medicinischen Fache zu haben. Ligationen und Beinbrüche werden besonders von den dasigen Bauern — auch heut zu Tage — viel glücklicher geheilt, als von den Chirurgen ꝛc. ꝛc.

In Jassy befanden sich, in meinen daselbst letzteren Jahren nicht mehr, als drey Apotheken, (im Jahre 1780 unter der Regierung des Constantin Murusi war zu Jassy nur eine einzige Apotheke, die außerordentlich elend war), davon jede so übel beschaffen war, daß man sie in einem civilisirten Lande alle zum Feuer würde verdammt haben ꝛc. ꝛc. Reiset man das ganze Land durch, so trifft man keine Apotheke mehr an, als nur in dem Marktflecken Botuschan. Diese siehet auch mehr einer Brandweinbude ähnlich, als einer Apotheke. Die Tage machen sich die Apotheker selbst nach ihrem Belieben, und verkaufen die Arzneimittel, so schlecht und verderblich sie auch immer sind, in den höchsten Preisen. Op. cit. Tom. 1 pag. 208 — 214.

est. Pharmacopoei dispensatorium et taxam sequuntur austriacam provincialem. Nosocomia aliquibus jam condita sunt locis. Desiderantur morodochium, brephotrophium, orphanotrophium, desiderantur quam maxime zoojatri. Limites Turciae custodiuntur linea sic dicta cordoni-ali, et Axiopoli domus est contumacialis ad normam austriacarum structa, et instructa. Haec certe non mediocria sistunt rei medicae Moldavorum incrementa.

Medicinam popularem moldavorum¹⁾ experientia ampliore destitutus, primis tantum lineis adumbrabo, plus tamen praestiturus, ac cuncti hucdum in hoc genere auctores.

In Cephalalgia (Duréri de Kap) fronti et occipiti adplicant folia recentia Brassicae capitatae (Kuréki), vel pulvem ex Armoracia rasa (Chrián v. Krián) sale et aceto; hieme nives in meatum auditorium externum imponunt.

Erysipelas capitis (Orbáltz la Kap) mixto ex spiritu frumenti (Rakiu), Camphora (Kanfora) Sapone (Sopón) et oleo, quod duabus adminimum horis loco calido reponunt, — lavare solent. In Erysipelate faciei (Orbáltz la Obráz²⁾) fomentum componunt e floribus Tiliae (Floári de Téi) et farina Milii (Malái); die vero altera ramulos coquunt Corni masculae (Korn), decocto in pelvim misso, lapidem imponunt fervidum,

¹⁾ Seitenstechen und solche Krankheiten ausgenommen, welche schlechterdings eine Aderlaß erfordern, wird man schwerlich eine andere erdenken, wider welche die Walachen nicht einige Arzeneymittel wüßten, und bey diesen verrichten nicht die Männer sondern die Weiber die Doktorbedienste. Sulzer oper. cit. Tom. 3. pag. 56.

²⁾ z ubique pronuncietur uti s mite.

et adscendentem parte aegra capiunt vaporem. Alii corticem internum recentem Sambuci nigrae (Sok) erysipelati adponunt.

Ophthalmias chronicas tractant decocto Chelidonii majoris (Burujána Rindunikei v. Rostopást), vel pulte, ex Allio Ceba tosta (Tschápa) et melle, vel decocto seminum Cidoniorum (Simburi de Gutéi) cum Alumine usto (Kiátra ákra), noctu vero oculis adplicant emplastrum ex Absinthio (Pelín) confectum.

In Odontalgia dentem equi in pulverem tritum fumisugio imponunt, fumumque ore adtrahunt. Secus antiodontalgica Moldavorum praecipua sunt: Salvia (Schálgie) et Serpillum (Tschimbri-schór).

In Stomacace (Stúdinitze) utuntur decocto e ramulis Pyri Mali dulcis (Mór dultschí), Lamii albi (Úrsika móarta) cui Alumen ustum et Vitriolum Cupri (Kiatra vúnata) addunt.

In Angina (Gilttsch) liquorem acidum Betae Cyclae rubrae (Sfékli) fermentatae forma gargarismatis adhibent, externe vero utuntur nido hirundinum cum lacte in cataplasma cocto.

In tussi coquunt Tussilaginem farfaram (Podbál) cum Saccharo canto, vel parant pultem ex Armoracia rasa cum duplo Sacchari canti (Sachár de Giátze), de quo ter quaterve de die cochleari capiunt coffeaceo. Caetera remedia pectoralia Moldavorum sunt: Verbascum Thapsus (Lumunária Domnului), Daucus Carota (Morkow), flores Tiliae, Triticum repens (Kir), Leontodon Taraxacum (Popodie), Sambucus Ebulus (Boz), Fumaria off. (Fumaritza, Fumul Pomuntului), et his celebriora: Lamium album, Fragaria vesca

(Fradzi), *Fragaria elatior* Ehrh. (Kapuschúni), *Asplenium Scolopendrium* (Limba Tschérbului), *Arctium Bardana* (Brustur), *Althaea* off. (Nálba mari).

Pleuritide adfectis (Dzúng) succum stercoris equini porrigunt¹⁾, externe vero parti dolenti adplicant folia *Nicotianae* (Tiutiúm) melle illi nita, vel *Piper nigrum* corio equino aqua emolito inspersum, vel *Armoraciam* rasam sale et aceto conditam super linteum expansam, et foco tostam, acetoque denuo irroratam; hoc acerrimum revellens, haud immediate cuti imponunt, verum istam tenui linteolo contra nimium defendunt effectum.

Secretionem lactis augent jure cum Milio et Sinapi (Muschtár), vel cum piso, radice *Petroselinii* (Pitrinschel), herba *Rorismarini* (Rosmarin) et floribus nucis Moschatae.

Cardialgiae opponunt: Spiritum frumenti, *Piper*, Camphoram, *Cinnabarim* (Cinabor) et *Salem Ammoniacum* (Cipirig).

Colicam²⁾ sequenti sanare tentant spiritu: Semina Anisi (Anisson), herbas *Rutae* (Ruta), *Centauri minoris* (Potróaka), *Menthae* (Minta), *Thymi vulgaris* (Tschimbru de Kimp), *Chelidonii majoris* (Rostopátz), *Cichorei* (Tschukóari), digerunt in spiritu frumenti et destillant, ac demum addunt, pulverem nucis Moschatae (Nukuschóa-

¹⁾ Decoctum *Hederae Helicis* pleuriticis dari docet Sulzer oper. cit. Tom. 3. pag. 56.

²⁾ Colica laborantibus forma enematis injiciunt decoctum foliorum *Nicotianae*, quo residuo peticulos encant et Tineam capitis tractant. Sulzer oper. cit. Tam. 3. pag. 57.

ra), Cinnamomi (Skortzeschóara) et Cariophyllorum (Kuischóari). Hoc remedium etiam contra Choleram multum usitatum fuit.

Ictero laborantes curantur intuitu protracto Picis nigrae liquidae (Dochot).

Contra Choleram adhibuerunt cineres Ranarum ustarum (Bróaska) cum cremato.

Diarrhoea adfecti cineres cum aceto potant. Externe abdomen fomentant Calamo aromatico (Kalmúsch), Berberide vulgari (Agrisch roschu) vel Absynthio ¹⁾.

Retentione urinae laborantibus pillulas porrigunt e therebinthina (Trimintína) et farina fabarum vel pisi turcici (Nohot), alii grana in Goffypio invenienda tosta et in pulverem trita, cum cremato vel aqua porrigunt, abdomini vero oleum Juniperi (Juniper) illiniunt.

In Metritide abdomini adponunt cataplasma ex furfuribus tostis tritici aestivalis, radice Dauci Carottae rasae, oleo et spiritu frumenti,

Haemorrhoidibus dolentibus sulfatum ex axungia porci rancida, et sulphure, vel pulvem ex fabis coctis et oleo olivarum adplicant.

In febris intermittente utuntur decocto radicis Iunulae Helenii (Jarba mari) ²⁾. Alii aqua destillata Pulsatillae nigricantis (Déditze) tanta dosi porrecta, ut vomitus sequatur.

Febri acuta laborantibus potus instar porrigunt decoctum Vitis idaeae ³⁾.

¹⁾ Sulzer oper. cit. Tom. 3. pag. 57.

²⁾ Idem. ibid.

³⁾ Idem. ibid.

Abscessus inertes maturare conantur Allio Ceba tosta; Ulcera vero impura decocto Alchemillae vulg. (Kretzisehör) fomentant, vel folia conquassata Cynoglossi off. (Limba Kinelui) eis imponunt, alii folia Plantaginis mediae (Pleskátze).

Impetiginosis exhibent Solani Dulcamarae stipites (Lasnitschór) quantitate tanta, ut plenaria non raro, diris symptomatibus stipata, sequatur narcosis.

Liceat tandem mentionem fecisse duorum morborum, quos, dum absoluto Medicinae curriculo, paternos ultimario requisivissem lares, observare campum nactus sum. Localia solum populariaque, Moldavis remedia in his adducam aliqua, firmum prosequens propositum: uberiore quondam musa, nec intra angustos spatii limites restrictum, uberius de iis fari velle. Tschelperit, morbus inter populum moldavicum sat frequens, maximam offert similitudinem cum morbo Radesige a celeberrimo Rust in suo vasto opere¹⁾ descripto, — utuntur in eo curando: cineribus ligamentorum holosericeorum et squamarum Carpionum, pulvere Aluminis usti, Mastiche (Sakíz) et saccharo, quae cuncta in pulverem commixta ulceribus adsparguntur. Oleum olivarum, Mastichem, Mirrham, picem albam (Rischine alba), super candela in pixide e cartifoliis confecta coquunt in unguentum, quo ulcera illiniuntur. Pro potu exhibent decoctum rad. Fragariae, Graminis, Taraxaci, Lamii albi, La-

¹⁾ Theoretisch-praktisches Handbuch der Chirurgie von Dr. Joh. Nep. Rust. 11. Band. pag. 122. etc.

pathi acuti (Stevie), fol. Pyri Mali dulcis, Salicis albae (Saltsche) et herb. Jaceae (Guscha Porumbului).

Buba Trinzilor vel Rana Trinzilor, morbus est, quem solummodo plebi proprium novi, — sub quo cutis intumescit, arida, squamosa fit, tandem rumpitur et exhibet sanguinem plerumque plorantes, cum delassatione musculorum et pulsu accelerato; — sequentibus eum tractatum fuisse vidi: coquant corticem internum Sambuci nigrae ad remanentiam quantitatis mediae aquae adhibitae, addunt: ol. olivar., ceram, picem albam, vitriolum cupri, quod prius ad focum uritur, quae omnia tamdiu coquantur, donec in unguentum abeant, quo dein corpus diligenter inungitur. Interne adhibent crematum cum nitro, quod prius per triduum digestum, ternis de die vicibus cochleari majori capitur.

Theses defendendae.

1. Medicina Moldavorum aevo recenti plurimum debet Russis.

2. Non pauca etiam cepit humanitate, sapientia et amore vero paterno principis nunc regnantis incrementa.

3. Medicina Moldavorum popularis, etsi summe empirica, non omni tamen medicorum adtentione indigna.

4. Pestis primitus in Moldavia nunquam evolvitur.

5. Febris est conamen naturae mortem avertendi.

6. Causae e quibus scrophularum pullulat frequentia, non noscitur.

7. Iis perperam vaccinatio adnumeratur.

8. Oculus speculum animae et corporis est.

9. Climatis, — endemiarum epidemiarumque studium supremum est medicinae fulcrum.

10. Facilius curantur morbi in nosocomiiis quam in praxi privata.

11. Anatomia pathologica medicinae forensi plus quam practicae praestat.
 12. Sanatur Syphilis etiam absque mercurio.
 13. Somnus post pastum captus, pigriciei favet.
 14. Multum scientiae medicinae auctoritas nocuit.
 15. Contra syphilidem nulla — praeter abstinentioniam — prophylaxis.
 16. Animus sanitatis et morborum faber.
 17. Natura sanat, medicus curat, ideo non-unquam male curati sanantur.
 18. Bona diagnosis aegro, prognosis medico conducit.
-